libro.iiij.tradūt. At vbi philoſophie gentiū animum de dit inquirēdo.ſ.doctrinas eoꝝ ⁊ eoꝝ cultus. parta lōgo tempe cūcta in breui ꝯſumpſit quēadmodū ī li.Eccliaſ. nō ambigimus recitari. Si q̄ ergo ꝑſcis tempib⁹ videntꝛ ex ethnicis ꝑncipib⁹ feliciter reſpublicas gubernaſſe et augmētaſſe.qui phie operā dederūt.⁊ copioſe apprehē‑ derūt.vt alexander magnus.aphricanus.octauian⁹ Julius ceſar prim⁹. Tiberius claudius. Nero.⁊ q̄ꝫ pl'es alij Sciēdū ꝑmo q2 nō vere phi.i.ſapiētes fuerūt niſi quia ſciētijs mōi referti. Nā quō ſapiētes fuerūt.cū phia ꝑn‑ cipaliter ꝯſiſtat ī rectitudine vite q̄ illi caruerūt. Alexā‑ drū namq̄ꝫ autores referūt furioſum ⁊ icōtinētem ceſa rem parem ferre nō poſſe.maximo elatū tumore narrat Lucanus. Ingluuiem ⁊ crudelitatē tiberij refert Sue‑ toni⁹. Quis nō deficiat recitādo imperatē Cay.impudi citiā rapinā.ſupbiā.⁊ cetera vitia cū comeſtore. Extitit Claudius timidus ſup̄ modū ⁊ turpiſſim⁹ ira. Nemo niſi incipiens Neronē peſſimū fatebitꝛ ſapientū necato‑ rē. Inuidētiā galbe ⁊ auariciā nō admittit vera ſapien‑ tia. Octauian⁹ q̄ nemo ī mōo felicior vitijs laſciuie ſm Cronicas plib⁹ abūdauit. Exinde male ſentit quiſquis extimat reipublice ſpecimē ⁊ culmē conſiſtere. per phas ⁊ nephas rape aliena.ſicut ꝑfati egerūt quos vulg⁹ pre‑ dicat glorioſos. Cedib⁹ eni rapinis ⁊ depopulatōni orb diuinitatis ignari illi vacabāt. Iuuabāt etiā eos ſpirit⁹ neq̄ꝫ q̄b⁹ multipliciter ſeruiebāt nutriētes hincinde ꝑn‑ cipū ⁊ populoꝝ peccata. A quib⁹ mal' abſtinuerūt ſuc‑ ceſſores cognito chriſto.q̄d eſt ad ſummā rēpublicā dei ducere viꝫ eā a vitijs purgatam ꝟtutib⁹ decorare. Et ſi aliquādo fideles cū ꝑncipib⁹ ſuis ab infidelib⁹ oppreſſi ſunt.h̄ erga eos miſericorditer egit diuina clemētia exi‑ gentib⁹ demeritis populoꝝ ne in finem mal' eoꝝ refua‑ tis acerbius in futurū ſecl'm cruciarentꝛ. Nō eni ſemper pater oſculatꝛ filiū ait btūs Amb.ſed aliquādo caſtigat Ergo cū caſtigatꝛ q̄ diligitur.tūc circa cū pietas exercetꝛ. v.q.v. Sugāt ergo adoleſcētuli iuriū vbera q̄ reipubli‑ ce regimini creſcūt. videāt plene pr̄ni municipalia ſcri‑ pta aduerſa p̄tie vigilāti cura cōſiderēt.aſſideāt illā mo leſte ducētib⁹. Diſcāt ſuos ciues amare ⁊ ſui popl'i cui ex pectātur p2ceſſe mores cognoſcāt. vt tādē valeāt corpuſ notū nutrire creditū eis. Alioquin his omiſſis q̄d ꝓde‑ rit ad moderate regēdū ſcire ſyderꝝ curſus. vires elemen toꝝ.naturas aīaliū.ꝓꝑetates herbarū.tracū ſeuiciā. duriciā ſcitarū. Saturni originē.amores veneris.victo‑ rias martis. Si dicatꝛ aſſueſcendū eſſe iſtis ⁊ ill'. nō ſuf‑ ficit etas. debile īgeniū hec tria ſil' nō capit leges phiaꝫ ⁊ regimē populoꝝ. Sepe ꝯtingit nihil ſcire cū qui vni‑ uerſa ſcire ꝯtendit. Neq̄ꝫ legimus phos populi ꝑfuiſſe. nec populoꝝ ꝑfectos phie opam dediſſe. Socrates ho‑ nores ⁊ magiſtratus ꝯtempſit. Diogenes ꝑncipū aulas turbā hominū. Plato diuitias. Anaxagoras multi vi‑ ſum. Plotinus ad loca deſerta ꝯfugit. Itē oportet prin‑ cipē eſſe ꝯſtātē quē fauor vl' odiū.amor.ſpes.aut timor aut queuis cupiditas nō cōcutiāt.hec ꝯſtātia precipue rectores firmat ad hoc vnū vt ſubditis vniuerſis inten dāt.⁊ vt ait Grego.nazan.in Apologetico. Reuera mi‑ hi videtꝛ ars artiū.⁊ diſciplina diſciplinaꝝ regere hoīem qui certe eſt inter omēs animātes.maxime ⁊ morib⁹ va rijs ⁊ volūtate diuerſis. Cū ergo vt ait magnus Grego. in paſtoral'. Sepe dū ſuſcepta cura regiminis cor ꝑ diū ſa diuerberat.⁊ impar quiſq̄ꝫ inuenitur ad ſingula dū cōfuſa mēte diuiditur ad multa.patet clarius q̄ꝫ idē nō pōt ſimul recte ſtudio phie ⁊ hoīm cure vacare. Totum enī hoīem vtrumq̄ꝫ reqrit. Si neglígēter dn̄i cithareda ſpeculatiōi celeſtiū reꝝ affixus popl'm a deo ſibi cōmiſ‑ ſum direxit ita vt nō corripuerit aliqn̄ puū filiū ſuū di cens.quare h̄ feciſti.q̄ tamē erat gratia plenus.quō dice

Nemo pōt vacare ſiml' ⁊ pſe phie ⁊ hoim cur

mus inferiorē quempiā hoīem ſimul duob⁹ actib⁹ diſ‑ paratis intendere. vt ſunt phie ſtudiū.⁊ ſediū ſcptra te‑ nere. Quiſquis ſane palato ꝯtemplatōnis guſtat dulco rē regiminis nutrit ꝯtemptū ⁊ eiuſdem odiū. Quē aūt rectorē expectas legibus ⁊ ꝯſuetudine patrie repie. Mi‑ rabor laudās mirabilem deum ſi videro foliū q̄d a vē‑ to rapitꝛ.⁊ nunq̄ꝫ ī eodē ſtatu ꝑmanet vago flumini iū‑ ctū phoꝝ curioſe doctrine.tali curſu cōſtantē effectum. Hinc petrus Rauēnas in ſermōe. Odibilius nihil ē ſib‑ tilitate vbi ē ſola ſubtilitas. Quid enī queſo ꝓdeſt ī ill' expēdere dies ſuos que nec domi nec milicie nec in foro nec in clauſtro.nec in curia.nec in eccl'ia.nec alicubi ꝓſūt niſi in ſcol'. Scribēs Seneca ad Lucillū ait. Quid eſt inquit acutius ariſta.⁊ in q̄ eſt vtilis. Tale eſt inquit in geniū ſola ſubtilitate laſciuiēs.nulla in ſe reſidēs grauī‑ tate. Hec Pe. Neceſſaria quoq̄ꝫ ē recta ꝯſciētia ⁊ vicio‑ rū odiū terrarū magiſtratib⁹. Vn̄ beat⁹ Grego.ī moral' Sūmus loc⁹ bn̄ regitꝛ.⁊ cū is q̄ ꝑeſt potius vitijs q̄ꝫ ho minib⁹ domīatur. Vn̄ Caſſiod.in ps. Publica decoris eſt mater mens regētis ⁊ q̄le fuerit dominātis arbitriuꝫ talē parit libertatꝫ aſpectū. Facilius q̄ppe ſit dicere phas eſt: errare naturā quā diſſimilē princeps poſſit formare rempublicā. Vetuſti equidē dictū Socratis fuit. Qui multarū reꝝ ꝑtātem habet ꝑmū purgare ꝯſciam debꝫ. vt qui delicta corrigat aliena nō admittat. Nō aūt talē ꝯſciētiā formabit que debeat fideles vrgere ad patriā diuīas leges humanis antepōere. Spūi ſubdere carnē ⁊ opiniōes ꝓprias eternis refrenare. vt que ē a dn̄o inſpi rata catholica fides.quā iuxta eloquiū Pauli mōi hu‑ ius ꝑncipat⁹ nō nouit. Ideoq̄ꝫ ſi alia peritia legib⁹ dem‑ ptis animos hoīm ad regimē nutritoꝝ expedit decora‑ ri fide cōmūi ꝑmiſſa ſacra ſcptura.hoꝝ erit ꝑfecta magi ſtra que tribuit ſingul' caſib⁹ oportuna remedia. Cauē‑ di ſunt ergo libri ethnicoꝝ q̄ exteri⁹ nitent eloquētia ver boꝝ.⁊ interius vacui virtutis ſapīa manent. Ex ꝑdictis g̃ patet q̄ꝫ ad debitū regimē reqritꝛ peritia legis. ꝯſtātia opis.⁊ odiū criminis.q̄ elicitūtur ex ſacris oracul'. In di‑ luuio aūt aquaꝝ multaꝝ ad deū nō approximabūt ad bn̄ regēdū ex doctrinis gentilium. — Diſuadētꝛ libri eth‑ nici.

## Secundā partem .§.III.

philoſophie q̄ dicitꝛ theologica cedēs varroni inq̄t Io. do.cardi. vbi s. diſtinguo in fabuloſā ſeu theatricā na‑ turalē ſeu ſpeculatiuā ſol' phis ſpeculātib⁹. vl' ī ſuis ſco lis diſputātib⁹ reſuatā. Et ī ciuilē ſol' ſacerdotib⁹ ⁊ ſacri ficijs cōmēdatā. Prima ludit in theatris in iniuriā deo‑ rū. Secūda ſtrepit in gymnaſijs aut mētib⁹ tumētium phoꝝ. Tertia erit in templ' faſtu demōioꝝ. Quero nūc ab autorib⁹ eius. Nūq̄d hec ſit illa ꝑ hia q̄ dr̄ vera. Ne‑ pe poete qui deos carminib⁹ loq̄bātur ad popl'm dicti theologi. doctius neſciūtur q̄ꝫ ſciūtur qm̄ ſua turpitudi ne mores inficiūt veritatē impugnāt. euertūt intellectū. Sanctos infamāt.⁊ fidei fundamina ꝟiſſima ſirenarū more aurib⁹ prurientes ꝑ virib⁹ ſuis moliūtur extinguētꝛ Nā q̄ ad ꝑmū Si q̄s crediderit poetis nondū illo verſi culo doctus. Nā mirāda canūt. ſed nō credenda poete: mox vt eos libido ꝑtulerit.feruēti vt perſius ait tincta veneno magiſ intuebitꝛ q̄d fecerit iupiter q̄ꝫ q̄d docuerit plato.cenſuerit catho. Hinc apud therentiū flagitioſus adoleſcēs ſpectat tabulā pictā. danē acriſim ymbre ꝑcio ſi metalli a Ioue rememorantē corruptā.⁊ ſue libidī' pa trociniū ꝑſtat dicēs. Qui tēpla celi ſūmo ꝯcutit ſonitu: ego homoncio id facerē. Ego ꝟo id feci ac libēs. Si ꝟo nō credūt qui legūt poetas nōne foculo innate luxurie apponit ligna.ſtiplam naptā parat.ꝑfundit adipē. Flat q̄ꝫ folle grandi. vt tādē ſi nulla detꝛ oportunitas.in ſeipſ ſcādeſcat narciſſus.quē inopē copia fec. aut cū terētiā

S

tyare q̇ potiꝰ inſanire ꝯſtringat. nil aliud volo niſi philo-
mená. Ueritatis ꝓo hoſtes fuiſſe poetes nō tacuit. b. au-
gu. Ubi eoꝝ fabulas dicit. multa mentientes ⁊ vix veri
aliquid indicātes vel ſignificātes. Hoc aūt p̄cipue veꝝ
eſt ⁊ indubitabilis certitudo. vbi de diuina religione lo-
quūť. in q̄ theologie oīs ſūma ꝯſiſtit. Uirgiliū ipe btūs
Augꝰ. ait more poetaꝝ fuiſſe mentitū. Puro quidem a
puro fideli infenſe ex his dici poſſe autore dyabolo mū-
di vates hos fuiſſe locutos. q̇ mēdax eſt ⁊ pr̄ eiꝰ. Sepiꝰ
q̧ verī falſa ꝑmiſcet vt ex fide veꝝ falſa ſuggerat. ſb q̇bꝫ
mortaliū mētes laborat decipere captiuaſ. Satī liq̇doq̧

Reprobatio poeſie

tertiū corrolarie ꝑꝫ neq̧ ſolū pueroꝝ adoleſcētū ⁊ ſimpli-
cium intelligentiū lectio poetaꝝ euertit. ſꝫ ⁊ eoꝝ q̇s ſecu-
lum nūcupat phos. vł etiā qȯ plꝰ eſt ſapiētes. Et ſic vi-
detur ꝯcludendū poetas inimicos vere fidei. ⁊ ꝓcul a fi-
delibꝫ abijciendos. Qȯ aūt aplus ait ad Ro. xiiij. Que-
cūq̧ ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt. loqui-
tur de ſcriptis in ſacra pagina. Secūda theologia quā
phiſicā vel naturalē vocāt. qualiter ea venire potero i no-
ticiā dei veri vt totū poſſim amare. amādo poſſidere. qȯ
ſm veritatē etiā illos cogentē eſt theologie irrep̄henſibi-
lis finis. ſub doctoribꝫ nō ſolū ignorātibꝫ deū ſꝫ maieſta-
tem eiꝰ negātibꝫ. ⁊ id defendentibꝫ erecto ſupcilio ⁊ buc-
cis inflatis. Labia noſtra a nobis ſunt. q̇s noſter dn̄s ē.
Inter eoꝝ inexplicabile laborintū. repio diffinitū pecu-
niā eſſe deū. quē credidit aīam mūdi. quā tn̄ verus deꝰ
māmonā appellauit. cui nemo poteſt cū deo ſeruire. Ui-
deat quiſq̇s vult veritatē impugnare. q̧tū expediat nō-
dum roboratis i fide. vt ſunt cōiter adoleſcētuli ſtudētes
⁊ plures alij porphirij videre ſpeculatiōes ſublimes. q̇
dyabolici appollinis fultꝰ oraculo in dn̄m xp̄m ⁊ eiꝰ cul-
tores. acerrime auſus eſt blaſphemare. in libris q̇s elo-
gion ꝓphetias appellat. iudeoꝝ ſectā ⁊ cultū xp̄ianis pre-
ponēs. nec ipe ritu vel ſacramētis hebreꝰ. Hic cū ceteris
phis. nō ſolū credūt tacētes p̄teritā xp̄i ⁊ aliorū factaꝫ ⁊
futurā reſurrectionē. ſꝫ negāt ꝑſtrepentes eā fore poſſibi-
lem. Platonicꝰ etiā quidē in eundē redemptorē q̄ ſit in-
carnatus inſurgit ⁊ ſui magiſtri fretꝰ auctoritate neq̇ſſi-
ma ſcribit nullꝰ deꝰ miſceť homi. Hi acutiſſimis diſpu-
tant argumētis deo ſciam futuroꝝ ineſſe nō poſſe. ꝯtra
illud catholicū. Uocat q̄ nō ſunt ſicut ea q̄ ſunt. In q̇ꝝ
nequiſſimū dogma multī ſophiſmatibꝫ vanis armatꝰ
incidit tulliꝰ. q̇ dū liberꝝ arbitriū nitiť ꝯſeruare cū inſipi-
ente deū negat in corde ſuo. ſicut in libris eiꝰ de natura
deoꝝ. ⁊ de diuinatōe monſtrať. hereſiarchā Ariſtotelem
fuiſſe nō dubitāt q̇ viderūt eius virulentā doctrinā at-
q̧ ſeditioſam pariterq̧ credūt. b. Aug. theologoꝝ preci-
pue q̇ cū ſic appellat li. viij. c. xij. In his gymnaſijs dicaꝫ
an animaꝝ lupanaribꝫ garriunt plato ⁊ platonici. ſtoici.
achademici. priores ⁊ noui. porphiriꝰ ⁊ cicero de repu-
blica ſcribēs cū corporibꝫ aīas beatificare nō poſſe. qua-
ſi deꝰ qui celeſtē aīam corpoꝝ ergaſtulis detruſit in ter-
ris corpa mūdata ⁊ reſtituta aīabꝫ beatis ſup ethera lo-
care nō poſſit. Audio hic nobiliſſimū illū vt eoꝝ laudi-
bus vtar. attonitis auribꝫ intonare plotinū ⁊ aīas ꝓſti-
tuere manibꝫ infernalibꝫ. hec ꝓferentē. hoīem aīme ſunt
demones ⁊ fiūt ex hoībꝫ lares ſi hoīes meriti ſūt. Lemu-
res ꝟo ſi mali ſeu lanij maneſq̧ dij ſunt. Tremenduꝫ q̇ꝫ
iſti hoīes quē iā experiunť infernū nō admittūt. ſed tm̄
purgatorias penas hic vel in futuro. Un̄ ⁊ illud Ma-
ronis platonicas imitari. vbi cū dixiſſet in ſexto eneidos
de terrenis corpibꝫ moribūdiſq̧ mēbris q̄ aīe hic metūt
cupiūt. gaudētq̧. dolētq̧. Nec auras ſuſcipiūt clauſe te-
nebris ⁊ carcere ceco ſecutꝰ adiūxit. Nō tn̄ oīne malū mi-
ſeris nec funditꝰ oīnes corpe excedunt. penituſq̧ neceſſe
eſt Multa diu cōcerta modis molleſcere miris. Ergo ex-
ercenť penis veterūq̧ maloꝝ ſupplicia expēdūt. Alie pā-
dunť in auces ſuſpenſe ad vētos. Alijs ſub iurgite vaſto
infectū eluiť ſcelus aut exuriť igni ⁊c̄. Omittamꝰ cū ſuis
falſitatibꝫ iſtos ⁊ parūper ad eorūdē gētiliū. vrbanā ſeu
ciuilē theologiā trāſeamus. armati cū optima fide. Phi-
loſophi cū ipo platone q̇ꝝ extitit theologia ſcd̄a. pluri-
bus dijs ſacrificandū ſanxerūt. Ipſiq̧ demonū turbaꝫ
ſacrificijs dicā an ſacrilegijs honorarūt. Hi turpia ⁊ ob-
ſcena ad quoſdā myſticos ſenſus actuū nature reducūt.
quo ſimplices vt archana diuū deuotiōe maiori vene-
rari ea ſtuderēt. teſtis eſt Uarro. Hinc eſt q̄ tandē ſapiē-
tes romani nume pompilij. libros. leges ſacroꝝ traden-
tes iuſſerūt cremari. cū tn̄ adhuc eſſent gētes. ſūt libri hi-
ſtoriales gentiliū atq̧ poetici his ſupſtitionibꝫ pleni. ſꝫ
⁊ Seneca ethnicꝰ in deriſionē illoꝝ dieꝝ ait. Ille viriles
ptes amputat. Ille lacertos ſecat vbi iratos deos timēt
que ſic ꝓpitio merenť. ſꝫ ⁊ ipe Seneca q̇ deos illoꝝ deri-
debat venerabať. ⁊ venerādos eſtimabat cultu exteriori
eos deos in tēplis. vt in h̄ ꝯcurrerēt cū populis in quo
erat mendaciū ꝑniciosum. vn̄ mortale ſm be. Tho. ij. ij.
De greg. mag̃ dr̄ p̄dictꝰ dn̄s Jo. do. car. q̄ oēs libros q̇s
potuit h̄re titiliuij cōburi fecit. q̇ꝫ ibi multa narranť de
ſupſtitionibꝫ idolorum.

# De philoſophia ra. §. IIII.

tionali que videnť cōprehēdere logicā ⁊ phiſicā ſeu na-
turalē phiam. q̄ in ꝯtentiōe verſari videť. q̄ non multū
expediat moderno tpe p̄cipue p̄dicatoribꝫ in ꝑplis. Sic
ait p̄fatꝰ Jo. do. cardi. Nolo q̄ aliquis mihi obijciat no-
ſtros theologos etiā b. Aug. plurimū diſputare. ad qȯ
vtriq̧ neceſſaria eſt logica cū phia. Dicit em̄ beatꝰ Hiero.
Si q̇s volens diſputare ꝯtra mathematicos impitꝰ ma-
theſeos riſui patebit. diſ. xxxvij. que de mēſa. Nam olim
creſcēte fide ⁊ mūdana phia aduerſus ꝟitatē ſe armāte
opus fuit ꝯtra hereticos ſophiſtas prudēter in ſcolis. ī
ꝯcilijs. in ſermocinationibꝫ. ac etiā vulgaribꝫ p̄dicatiōi-
bus. diſputationibꝫ vti. Erāt tūc catholicis mixti arria-
ni. manichei. ſabelliani. donatiſte. ⁊ alij q̧plures. ſic ho-
die inter catholicos ambulabāt fraticelli vſurarij. ⁊ cete-
ri publicani. fatales q̇ fatis credūt. Deſtini q̇ omnia pu-
tant deuenire. Geneologi gubernationē humanā ſyderi-
bus ꝯcedētes. Beſtiales aliā vitam a p̄nti negātes. Et
multe alie hereſes q̄ ꝓ maiori pte nō forent. ſi phia ſeculi
nō vociferaret in ſcolis. nō diſputareť in tēplis. maxime
in p̄dicando. Sic igiť tūc tpis fortaſſis opꝰ erat ſcire ali-
quos ſophiſmatū artē. ⁊ illoꝝ hereticoꝝ errores p̄uia
theologia veraci. ad reuincendū illos ꝓphanos. Sic nūc
expedit aliquos fore qui ſcire laborēt ſacre ſcripture me-
dullitꝰ ꝯtinentiū iura canonica ⁊ quedā alia catholica q̄
ad ꝯſeruationē recte viuentiū. ad ꝯfutationē incedenti-
um oblique maxīe valēt. Dixi aūt fortaſſis q̇m ſic legiť
in eccleſiaſtica hiſtoria. Plus ponit ad ꝯuerſionē ſophi-
ſte verboſi ⁊ phi arriani. ſanctitas viri ſimplicis. q̧ vera
eloquētia ⁊ ſubtilis argumētatio oīm patꝝ orthodoxo-
rum q̇ ob id erāt in ꝯſilio ꝯgregati. Cū enī patres ſancti
doctiſſimi diſputātes cū dicto pho eſtimaſſent eū cōui-
ctum. rōnibꝫ efficacibꝫ eoꝝ elabebať de manibꝫ eoꝝ facu-
tiſſimis cauillatiōibꝫ. demū quidē ſimplex ſed ſanctꝰ vir
obtulit ſe ad diſputandū cū eo in cōſpectu omniū. cūq̧
ad certamen ꝯueniſſent. dixit ſimplex ille p̄mo loquens
Audi phe. Credis in deū patrē omnipotentē creatorem
celi ⁊ terre. Et in Jeſum xp̄m filiū eius ⁊c̄. Credis h̄ phe.
Ille aūt philoſophꝰ ſtans attonitꝰ ad verba eius r̄ndit
Credo qȯ dicis. Cūq̧ interrogareť ab amicis. quomo-
do ita ceſſiſſet ſimplici verbo illiterati nullā rōnem ſuo-
rum verboꝝ inducētis. Reſpōdit. Cū audiui verba ab
hominibꝫ ſm rōnes humanas. dedi verba pro verbis
Cū autē vidi ſpiritūſanctū loqui ꝑ os huiꝰ ſimplicī. nō

valui reſiſtere ſpiritui qui loquebaꝫ per os eius. Sicq̃
ꝯuerſus eſt ille ad verā fidē relictis errorib. Paſtor in/
ſup ſumm⁹ ⁊ alme fidei cuſtos dñs ꝓuidit gregi ſuo vt
ex lupis exirent. q̄ vt canes oues a lupis ꝓſeruarēt. Sic
ꝯtra iudeos ex iudeis vocatus ē paulus Cypan⁹ cōtra
magos. cōtra platonicos Hiero. ꝯtra manicheos b. Au/
guſtinū. ⁊ multi alij. At vbi que ſunt oportuna fidelib
negligunꝫ. ſuꝑflua certatim querūtur. ⁊ ſub falſo colore
intellect⁹ ſcriptoꝝ de ill' errorib antiq̄s loquētiū vl' pre
poſiti inuadendi gētiles a nobis remotos omne ſtudiuꝫ
ꝑcipuū ꝑdicare debētiū ad illas meretriculas terminaꝫ
nullus infidelis ex hoc ad catholicā fidē. nullus fidelis
ad maiorē dei dilectōem accedit. q̄d niſi dū in ꝟbis he/
reticos abſentes feriūt. nōnullos ex pñtib credētiū here
ticos ꝯſtituūt. Ecce lucrū ſophiſmatū. Fruges phoꝝ diſ
ceptatoes ſūt. velut ꝓſtigiatoꝝ deceptōnes. q̄ potius ſo/
phiſmata dico. Nec ignoranti nocēt. nec ſcientē iuuant.
Idē in alia ep̄la. Negat cicero ſi duplicaꝫ ſibi etas habi
turū ſe tp̄s q̄ legat lyricos codē mō dyaleticos. Nec ego
nego ꝓſpiciēdo iſta. ſed proſpicienda tm̄ ⁊ aīo ſalutan
da. In hoc vnū ne ꝟba nobis denꝫ. ⁊ aliquid ī eſſe illis
magni ⁊ ſecreti boni iudicem⁹. Quid te torques ⁊ ma/
ceras in illa queſtiōe quā ſubtilius ē ꝯtemnere q̃ ſolue/
re. ⁊ multa alia ſubdit de hmōi.

# Ex predictis patet §. V.

q̄ nō ſolū ſuꝑfluū videtur ⁊ vanū querere cognitionem
diuioꝝ ⁊ humanoꝝ ꝑtinētiū ad moralitateꝫ i libris eth/
nicoꝝ cū lōge plenius ⁊ clarius iſta inueniantꝫ ī lr̄is ſa/
cris cū expoſitorib ſuis. Sed etiā periculoſū cū ī mulꝫ
militēt ꝯtra fidē doctrine gētiliū. cū ꝟitatib ibi ꝑmixtiſ
Q. ſi q̄ obijciāt nō officere. ſꝫ ꝓficere tl'es doctrinas ad
fidē ꝓbādā demōſtratōib laicoꝝ ⁊ phoꝝ rōib. ad ꝯfir
mādā ipam fidē autoritatib coꝝ. cū multa dixerint ꝑti/
nētia ad articulos fidei. Et q̄d validi⁹ teſtimonio inimi
coꝝ ad reuincendā incredulitatē paganoꝝ. Reſpōderi
pt̄ Primo q̄dē. q2 fides nō habet meritū ait b. Gregori⁹
cui humana rato ꝓbet experimētū. ſ. ꝓbatōem. Si eni q̄s
nō vult credere vnū deū eſſe niſi ex eo q̄ ꝑ rōem ſibi de/
mōſtraꝫ. certe meritū fidei nō hꝫ. Secūdo. q2 hoc ſolum
nō minuit meritū fidei. Probatio coꝝ q̄ ſūt fidei ꝑ rōes
naturales. ſed etiā irriſiones apd̄ ſapiētes adducit. Naꝫ
ſm btm̄ Tho. in ſūma. Articuli fidei null' rōib cogētib
demōſtrari valeāt excepto ꝓmo. ſ. de vnitate diuine eēn
tie. q̄d tñ nō iō credíꝫ. q2 a phis demōſtratū. ſꝫ q2 a deo
reuelatū ⁊ credi mādatū. Si q̄ velint ipos articulos rō
nib demōſtraꝫ ſicut aliq̄ nituꝫ. patebit riſui fides xp̄i
anoꝝ apd̄ ſapiētes huius ſcl'i eſtimātes ipos fideles ta
lib rōnib moueri ad aſſentiendū tanq̃ vrgētib. cū in
rei veritate nō cogāt. Et iō ſignāter dicit btūs Ambro.
vt refert mgr̄ in. iij. ſen. vbi fides queriꝫ. ceſſent argumē
ta phoꝝ. Piſcatorib crediꝫ nō dialeticis. Tertiō ſcꝫ q̃tū
ad illud q̄ multa gētiles dixerūt de articul' fidei Sciē/
dū q̄ quedā ipi dixerūt que videntur hoc ſonare q̄d ab
aliq̄b exponitur. Sed ſatis manifeſte apparet talē ītel
lectū nō fuiſſe de mēte coꝝ. ſed extorte ſunt ille interp̄ta/
tiones. Verbi gr̄a dixit Trimegiſtus. Monas genuit
monadē. ⁊ ī ſeipm reflectit ardorē. Exponūt h̄ aliq̄ d̄ my
ſterio trinitatis quaſi voluerit dicere. Un⁹ genuit vnuꝫ
ſcꝫ pr̄ filiū. Ardorē quē in ſe reflectit dicētes ſpūm ſāctū.
q̄ ſe inuicē diligūt pr̄ ⁊ filius. Sꝫ ſm btm̄ Tho. Non h̄
ille intellexit. ſꝫ q̄ vn⁹ d̄s genuit vnū mdꝫ. i. ꝓduxit. quē
⁊ diligit. Diligit enī oīa q̄ fecit. q2 bona inq̃tū fcā. Sic ⁊
illud Virgilij in buccol'. Iā noua ꝓgenies e celo mittiꝫ
alto. ⁊c̄. Quidā exponūt dictū de myſterio incarnatiōis
q̄d btūs Hieron. repbat. Et ſic de multis alijs. Quar
to notandū q̄ ſi q̄ dixerint q̄ ad veꝝ intellectū fidei no/
ſtre cōgruūt. vt illud Virgilij in ꝑncipio celū ⁊ terrā. cā/ Poete et phi genti les ſi q̄ ꝟa dixerunt. vñ habe/ ant illa.
poſq̃ liq̄ntes. lucentemq̃ globū lune. titaniaq̃ aſtra ⁊c̄
Illa nō a ſe habuerūt ſꝫ furati ſunt a ſacris paginis. nā
iudei ꝑ diuerſas captiuitates nō ſolū ſb' Nabuchodono
ſor. ſed ſub Antiocho diſpſi erāt ꝑ orbē. ⁊ ſcp̄ture coꝝ di
uulgate. Vñ illi ⁊ alij potuerūt illa haurire. Dic̄ enī Io.
domi. cardi. vbi ſ. p⁹ btm̄ Aug⁹. l. xvij. d̄ ci. di. q̄ p⁹ ꝓ/
phetas venerūt phi gētiū a Pitagora vtiq̃ orti. q̄ claru
it tp̄e q̄ iudeoꝝ babylonica ē ſoluta captiuitas. Multo
magis ceteri. Nā Socrates ſtructor Platōis mgr̄i arij.
p⁹ Eſdrā dr̄ docuiſſe. Nros tñ nō oēs orphe⁹. lin⁹ mu/
ſicus. ⁊ ſi q̄s alius inter grecos extitit phs antiq̄tate tem
poris ꝓceſſerūt. Verūtamē nr̄i veri ſapiētes abraā yſa/
ac ⁊ iacob. ⁊ ipe moyſes ꝓfatis grecis annis ⁊ dignitate
inueniūtur potes. De abraā dr̄ q̄ fuit magn⁹ aſtrolog⁹
⁊ eā egyptios docuerit. ꝑtē tñ ſanā. nō mathematicā fal
ſam. Eo q̄ppe tp̄e q̄ moyſes natus ē fuiſſe repiꝫ athalas
ille magnus aſtrologus. q̄ ferꝫ celis ſubmiſiſſe lacertos.
ꝓmethei frater. maternus auus mercurij maioris. q̄ ce/
pit ml'taꝝ artiū doctor diſciplos plimos erudire. Vbi
cepit ḡ regnāte Romlo latex iſrl' ꝓfluere de fontib ſal/
uatoris illi laudū cupidi ex ꝓphetis ſanctis potati. tradi
derūt q̄ neſciebāt. vana ꝓſumptōe illoꝝ textus ⁊ ꝟbote/
nus coloratos mutātes. ⁊ ꝯ intētōem ſpūſſancti cū ve/
ritate repugnare gloſantes. hec ille. Sic ⁊ in libris Pla/
tonis plura inueniunꝫ de verbo dei dicta. ſed nō eo ītel
lectu q̄ ꝟa fides fateꝫ. Nō ḡ ab ill' riuulꝫ turbidis. errori/
bus adiunctis. aq̄ ſapīe hauriēda ē. ſed ad fontē limpi/
diſſimū ſacre pagine recurrēdū. ita ſuauiſſimū. vt qui bi
būt me adhuc ſitiēt. Eccl'iaſt. xxiiij. dicat ipa ſapientia.
Quinto ꝯſiderādū q̄ vt d̄t btūs Aug. ⁊ hr̄ di. xxxvij
Si q̄d veri d̄ d̄o ſybille ⁊ orphe⁹ alij ve gentiū vates ac
phi dixerūt. Valet q̄dē ad paganoꝝ vanitatē reuincen
dā. nō ad iuſtoꝝ ſcꝫ q̄ ſūt fidei ⁊ chriſtiane religiōis auto
ritatē cōplectēdā. Quātū enī diſtat de xp̄i aduētu inter
ꝑdicatōem angeloꝝ ⁊ ꝯfeſſionē demonū. tm̄ inter auto
ritatē iſtoꝝ ⁊ curioſitatē ſacrilegarū ſcripturarū. ſi q̄ enī
dixerūt gētiles phi ꝯcernētia fidē q̄ ex ſcripturis ſacris ñ
hauſerit. a demonijs potuit eis reuelari. Vñ d̄t idē bea
tus Aug. in. iiij. de trini. Cū phi illi ethnici ad hec vidē/
da. ſ. q̄ ſunt fidei nullo mō eſſent ydonei. nec ad illō qui
dē digni habiti ſunt vt eis iſta ꝑ ſcōs angelos nūciaren
tur. ſiue forinſecus ꝑ ſenſū corpm. ſiue interiorib reuela/
tionibus in ſpū expreſſis ſicut patrib nr̄is vera pietate
ꝑditis. hec mōſtrata ſūt. ꝑtātes enī aeree. ſuꝑbe atq̃ fal/
laces. etiā ſi q̄dā de ſocietate ⁊ ciuitate ſanctoꝝ ⁊ ꝟbo me/
diatore a ſanctis ꝓphetis ⁊ angel' audita ꝑ ſuos vates. ſ.
poetas ⁊ phos dixiſſe repiunꝫ id egerūt. vt ꝑ hec aliena
vera etiā fideles d̄i ſi poſſent ad ſua falſa reducerēt. De
us aūt ꝑ neſciētes egit vt veritas vndiq̃ reſonaret fide
lib in adiutoriū impijs in teſtimoniū. Hec ille. Non er/
go ſunt legendi niſi ab eis quos oportet eis orthodoxā
fidē feruētius ꝑdicare. Sed q2 nūc nō ſūt pagani inter
chriſtianos ꝯuerſantes. vt olim quos oporteat autorib
ſuoꝝ gētiliū reuincere. vt q̄d ꝑditio tp̄is hec. Quare nō
potius ſcp̄turis inſudandū ⁊ canonib q̄b fideles eru/
dianꝫ. Hinc Hiero. di. xxxvij. ait. Nōne videꝫ vob ī va/
nitate ſenſus ⁊ obſcuritate mētis īgredi. q̄ dieb ac nocti/
bus dialetica arte torquenꝫ. ⁊ dialeticoꝝ tendicul' q̄ nō
tā argumēta q̃ quedā vmbre q̄ cito tranſeūt diſſoluūꝫ
Qui phiſicus ꝑſcrutator ocl'os trans celū leuat ⁊ vltra
ꝓfundam terrarū ⁊ abyſſi in q̄ddā inane demergitur. q̄
iambū feruet. q̄ tantā metroꝝ ſiluā in ſuo ſtudioſus cor
de diſtinguit ⁊ ꝯgerit. Sexto aīaduātendū ē ꝑicl'm īn Libros hmōi gen tiliū legeꝫ cui ꝯueni
eminēs ex tl'i ſtudio niſi ſit bene firmatus ⁊ timoratus
in fide. vicꝫ ſubuerſio mentis. ⁊ deductio ad incredulita
tem. Vñ in ꝓuerbijs dici ſolꝫ. Raro magnus phs bon⁹

Sibille ⁊ alioꝝ gētiliū dicta. ad q̄d va lent.

catholicꝰ. Hinc apl's. j. ad Co. ij. dicit ſapiam ī myſterio abſcōditā. ſ. dei filiū incarnandū vl' incarnatū. nullus p̄ncipū huiꝰ ſeculi. i. phoꝝ. ſcḋm glo. cognouit. be. Hiero. q̄z his inſtructꝰ. poſtq̄z ab angelo ꝑcuſſus ꝓpter nimiuz affectū ⁊ ſtudiū ad huiꝰ videns ꝑiculū inq̄t ad damaſuz papā in omelia de ꝓdigo filio q̄ perierat. demonū cibꝰ ē Carmina poetaꝝ ſecularis ſciencia. Rhetoricoꝝ pompa ṽboꝝ. Nulla ibi ſaturitas ṽitatis. nulla iuſticie refectio reꝑit̄. Studioſi eaꝝ in fame veri ⁊ ṽtutū penuria ꝑſeuerant. Hec ille. Et iō dimiſſis ſiliquijs porcoꝝ. doctrinis gentiliū q̄ inflāt nō ſatiā. accedendū eſt ad ꝯuiuiū celeſtis patrie in domo eccl'ie. In mēſa ſcp̄ture ſacre q̄ nobiſ parata eſt aduerſus eos q̄ tribulant nos.

Q̄ ſit ꝑiculoſum ē talibus inſiſtere

Q̄ ſit ꝑiculoſum his gentiliū doctrinis inſiſtere oñdit Salomon. tā exēplo q̄z verbo. Nā p̄fatꝰ vir venerēdus. ſ. Joh. do. car. in dicto li. dicit poſt origenē. ꝙ ille ſeptingēte vxores q̄ſi regine. ⁊ trecēte ꝯcubine. q̇bꝰ ardētiſſimo amore ꝯuinctus erat. fecerūt eū a deo vero ⁊ cultu eiꝰ recedere. fuerūt innumere doctrine varie diuerſaꝝ gentiū. circa cultum ⁊ ritū colēdi deū. vel circa moralē vitā q̄ videre voluit ⁊ nimis curioſe ſcrutari. ex q̄ ſtudio declinauit a ṽitate notitie dei ⁊ moꝝ. ⁊ ſi vt credit̄ a b. Hiero. ⁊ b. Amb. ⁊ Chry. ad pniam ſit reuerſus. vt pꝫ in eccl'iaſten. Sic etiaz aliq̄ credūt origenē tā eruditū ⁊ ſapientē viꝝ ⁊ auſtere vite et caſtū cecidiſſe in errores ꝓpter q̄s vt hereticꝰ ab eccl'ia eſt damnatꝰ. q2 nimis inheſit doctrinis gentiliū ꝑcipue platonicoꝝ. Uerbo h̄ ip̄e ſalomon oñdit. Nā cōiter vbi in ꝓuerbijs loquit̄ de vana ⁊ mala muliere. ⁊ malis que inferunt̄ ex ea. exponit̄ nō ſolū de femina vel ꝯcupiſcētia carnis ſeu ſenſualitate. ſꝫ ꝑmaxime de doctrina gētiliuz ⁊ heretica. Et alijs auctoritatibꝰ de muliere in diuerſis capitulis ꝓuerbioꝝ omiſſis ſolū iſta hic inſerat̄ q̄ habetur. c. vij. Cōſidero vecordē iuuenē. q̄ trāſit ꝑ plateas iuxta angulū ꝓpe viā domꝰ illiꝰ gradit̄ in obſcuro aduesperaſcēte die in noctis tenebris ⁊ caligine. Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio p̄parata ad capiendas aīas. garrula ⁊ vaga q̇etis impaciēs. nec valēs in domo ꝯſiſtere pedibꝰ ſuis nūc foris. nūc in plateis. nūc iuxt̄ angulos inſidiās. apprehēſumq̄z deoſculat̄ iuuenē. ⁊ ꝓcaci vultu blandit̄ dicēs. Uictimas ꝓ ſalute deuoui hodie redditi vota mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuuz deſiderās te videre ⁊ reꝑi. Intexui funibꝰ lectū meū. ſtraui tapedibꝰ pictis ex egypto. Aſperſi cubile meū mirrha ⁊ aloe ⁊ cynamomo. Ueni inebriemur vberibꝰ ⁊ fruamur cupitis amplexibꝰ donec illuceſcat dies. Non eſt enī vir in domo ſua. Abijt via lōgiſſima ſacculū pecunie ſecuz tulit. in die plene lune reuerſurꝰ eſt domū ſuā. Irretiuit eū multis ſermonibꝰ ⁊ blandicijs labioꝝ ꝓtraxit. Statiz ſequit̄ eā quaſi bos ductꝰ ad victimā. ⁊ quaſi agnus laſciuiēs. ⁊ ignorat ꝙ ſtultꝰ trahat̄ ad vincula donec trāſfigat ſagitta iecur velut ſi auis feſtinet ad laqueū et neſcit q2 de periculo aīe illiꝰ agit ⁊c. Sup̄ his ſic ait exponens Jo. do. car. vbi ſupra. Certe ſi de vulgari ſcorto loq̄tur ſapiētiſſimus ſalomō. palā loquit̄. ⁊ ꝓuerb. nullū dicit. Neq̄z etiā intelligibilis niſi ad p̄ncipale ſubiectū ſui tractatꝰ ſcripta referant̄ vniuerſa. Primo nāq̄z exponit quis patiat̄ h̄ malū docēs a falſa doctrina tenendū euz q̄ ſub p̄textu intelligendi ſacras ſcripturas. aut corrigēdi mores vel alijs ꝓficiēdi. ſcolas incōcuſſas intrare diſponit. Tales eni colores tegūt ſtudētes p̄fatas doctrias ſe tenebris caligātes ⁊ ceteros. Si efficientē cauſam q̄rimus. meretricē hereſim infidelitatē ſeu religionē habemus ꝓprio ornatu deſcp̄tā. Si materiā rimamur cūcta ambit. ⁊ pene de omībꝰ tractat. non cōſiſtere in vno loco ꝯtenta. vt omēs capiat glorie cupidos. q̇bꝰ illā optatam datis in victimis repromittit. Cauſa formalis nō ſubticetur. ſꝫ exp̄mit̄ illiꝰ doctrine ꝓceſſus ſi ꝓbas eſt illā appellare doctrinā. Procedit enī dyalecticis argumētis. aut cōnexis narrationibꝰ quaſi quibuſdā funibꝰ intexta colorībꝰ ⁊ curſibꝰ topicis vani egypti depicta. mirrha perſuaſiōis.

pellare doctrinā. Procedit enī dyalecticis argumētis. aut cōnexis narrationibꝰ quaſi quibuſdā funibꝰ intexta colorībꝰ ⁊ curſibꝰ topicis vani egypti depicta. mirrha pernitētie ⁊ mortificatiōis q̄rundā illiꝰ factionis hoīm ſtrata. Necnō aloe infeliciū alioꝝ tragico atq̄z virtutū cynamomo pilo diffinitōis ⁊ diuiſionis ꝯtuſo. In his ſcemate tribus tota ſcīa poteſt ꝯtineri. q̄ ꝑtim ad materiā. partim ad formā debet reduci. cū apud eloquētes comedia tragedia ſatira. ſicut ꝓpria materia. ſic ꝓpria forma currant. Finalis cauſa ꝓmiſſa que trahit ⁊ fallit ſerpēs vt anguiſ eſt mētis quedā dulcedo. artiſſimoꝝ amplexuū conciliatrix cū ea. Sꝫ exitus verꝰ eſt infernalis. ꝑditio iecore vulnerato. q̇ nulla medicoꝝ arte poteſt curari. Uñ cōcludit idē tātis exꝑtis in malis. ⁊ ſubdit. Nūc ꝰ filii audi me ⁊ attēde ṽba oris mei. ne abſtrahat̄ in vijs illiꝰ mēs tua. neq̄ decipiaris ſemitis eiꝰ. Multos eī vulneratos deiecit ⁊ fortiſſimi quiq̄z interfecti ſunt ab ea. Uie inferi domꝰ eiꝰ penetrātes interiora mortis. Itē apoſtolꝰ ad Col'. ij. c. ait. Uidete ne q̄s vos decipiat ꝑ ꝓhiam ⁊ inanem fallaciā. ſcḋm traditionē hoīm. ſcḋm elemēta mūdi ⁊ nō ſcḋm xp̄m. q2 in ip̄o habitat oīs plenitudo diuinitatiſ corporaliter. Ubi dicūt gloſe ſanctoꝝ doctoꝝ. Phiam quā deteſtat̄ apl's terrenā ſciam. argumētis ⁊ ſubtilitatibus cōponi. dū veriſilibꝰ cauſis ⁊ comētis. rebꝰ diuīs adimit fidē. q̄ oīno vitāda eſt. Cū ait ſcḋm elemēta tāgit q̄ prudētius idola exponūt dicētes. Juno eſt aer. neptunꝰ mare. ignis vulcanꝰ ⁊ hmōi. Et addit p̄fatus vir venerādus eximiꝰ p̄dicator. Hic nō agit̄ aduſus aliq̄s q̄ an̄ baptiſmū ſciuerūt lr̄as illas. aut q̄ aliq̄n forte id req̄rente tedij fuga poſt baptiſmū. aut materia ad ꝯuincēdos hoſtes aliq̄d legit de gētilibꝰ aut ſuis interſerit dictis. Sꝫ ꝯtra hos voce xp̄ianos ſepe clamaui. ⁊ a clamare ceſſare non valeo. q̄ ſcriptura ſacra neglecta. relictis doctoribꝰ ſcīs ſe dedicāt penitꝰ ſtudijs illis. ⁊ ſi p̄dicauerint ꝑ tragedias. comedias. ethicā. phiſicā. aſtrologiā ⁊ methaphiſicā aures audiētiū demulcēt q̄ſi ip̄a diuina eloq̄a nō ſufficiant ad ſalutē. aut ip̄i infideles fundauerūt catholicā fidem. Uñ nullꝰ animaꝝ ſequit̄ fructꝰ. ⁊ merito vt dictū eſt ꝑ p̄s. xxxj. Uerūtamen In diluuio aquaꝝ multaruz ad deū dicētes vel audiētes. nō approximabūt. ſ. doctrinaꝝ ad deū dicētes vel audiētes. nō approꝑinquabūt.

Caplm. v.

De erroribꝰ ꝯtra fidē phoꝝ gentiliū

PLuralitatem deoruz p̄mꝰ inuenit pr̄ mēdacij. cū dixit. in paradiſo terreſtri p̄me mulieri. Gen̄. iij. Eritis ſicut dij ſciētes bonū ⁊ malū. Exinde poſt diluuiū tyrāni. vt Ninus idolū patris ſui beli. Demū phi. Nota ad h̄ figurā notabilē quā exponit ip̄e Jo. do. car. vbi ſupra. ſignāt littere ſacre quenda robuſtū venatorē corā dn̄o. ſ. nēroth. nō feris ſꝫ deo infeſtū ſua inq̇ſitiōe ſupba cepiſſe turrim edificare. cuiꝰ cacumē ꝑtingeret celū. vt nomē eiꝰ celebre haberet̄ in orbe. Erat p̄us terra labij vniꝰ ſermonūq̄z ſermonū. q2 non erat niſi vna religio ⁊ vnica fides. ab vno deo ꝑ vnū p̄rem noe oībꝰ p̄dicata. At vbi ille tumidꝰ cepit velle naturalē ſciam ad methaphiſicā tranſportare. nō vulcani fulmine ictꝰ q̄ famule poetaꝝ fingūt. gigantes motibꝰ mōti ſuſpēſus voluiſſe rape celos ioue inde repulſo. ⁊ ob h̄ extinctos. ſꝫ lingue ꝯfuſione a deo fuit ꝑcuſſus. donec veniret ſp̄ūſſanctꝰ ſēſibili ſp̄e liguas cōfuſas in vnā fidē ꝑ ſctōs aplos plene reducēs. Tunc eī p̄mo ſcḋm Iſi. dij adorati ſunt q̄n phalech natus eſt ob id ſic denoīatꝰ. q2 facta fuit diebꝰ illis diuiſio. nō poſſe aūt diuinū ꝓpriū eſſe cognoſci eo nō reuelāte. teſtis ſalomon īmo ip̄e rerū effector ꝑ ſalomonē dicēs. Que in celis ſunt quis inueſtigabit. ſenſum aūt tuū q̄s ſciet. niſi tu dederis ⁊ miſeris ſpm̄ tuū de altiſſimis. Nōne cōfuſum eſt

Qn̄ ydolatria ⁊ q̄s cepit oriri

labiū in vniuerſa terra ex quo humana p̄ſumptio dep̄-
hendere voluit q̄d ſit deus ab ip̄o ꝑus ſuſcepto q᷒ eſt. et
q᷒ id eſſet q̄ melius excogitari nō poſſet. cū tot emerſerit
opiniones ex ip̄a ydea herculea. vt niſi ignis ſp̄ūſancti
eam comburat. pullulēt mortifera capita vbi creduntur
ꝑora ſucciſa. Aliq̄ eni dixerūt deos eſſe pl'es ⁊ diūſos ho
mies ī mōdo famoſos. Romani ad quēlibet creature ꝓ
uectū vnū deū vt deam ſegenā cū bladū ſerit. ortea cū
oritur. ſpiceā cū ſpicā facit. nodeā cū nodū ꝓducit q̄ſi non
ſufficeret vna dea ad producēdū bladū ad ꝑfectōem. Et
ſic de alijs. vt ponit b. Aug. in li. de ciui. dei rōnib9 ꝯuin
cens cecitatē ⁊ fatuitatē illoꝝ.

*Pluralitas deorū ꝑ romanos* (margin)

## In diluuio aquarum. §. I.

multaꝝ gētiles poete ⁊ phi doctrinarū. i. ſuaꝝ fabularū
⁊ falſaꝝ quib9 dimerſi ſunt in ꝓfundū. q᷒ ꝯtra fidem ⁊
bonos mores. ſicut nō appiquauerūt ip̄i ad deū. ſ3 a dō
repulſi. ita ⁊ oēs ſequaces taliū doctrinarū ad deū nō ap
propinqbūt. Hoꝝ aūt erroꝝ multitudinē explicat. ⁊ ſi n
tota ſepe fatus Jo. do. car. in p̄fato libro Errauerūt enī
circa diuinā eēntiā ſicut p̄fatū ē. Apō athenas ſiq̄dē
homerus dixit inter ſe deos confligere bellis. Senior āt
Plinius aliq̄ poſſe homies q̄ nō valeāt dij. Licet h̄ error
ſit magis verbal' q̄ eēntial'. Sed ex intentōne poſita et
ſophiſmatib9 fulta. Illa ferarū ſilua necantia virulenta
portenta. hec inter multa latrāt ⁊ diſcurrūt aīas errori-
bus illaqueādo. Deū nāq̄ q̄dā eoꝝ ylem eē. Alij elemen
ta. Sydera nōnulli affirmauerūt. Intentōib9 q̄buſdā
viciſſim ſuccedētib9. Deū mobilē p̄dicarūt pl'es. Quidā
cū cuiuſlibet rei formā. Et ceteri tātū celi eſſe formalē ſb-
ſiſtentiā dogmatizāt. quos tamē .xj. metaphiſice belua
cōmētator conat' euertere. Alij dicūt deū non cognoſcere
que ſunt extra eūdē. Aut tm̄ vniuerſalia ꝑut ſūt quedā
idee vl' ſubſtātie ſeparate Siue ip̄a ꝑticularia ſolū ī ſuiſ
cauſis intueri. Sūt ibidē q̄ affirmāt ꝯtingētiū noticiā
non habere. Sed ſi nec credit' eis. negāt alij cū vilia noſ-
ſe quib9 repugnāt cū thalmuth hi q̄ ip̄m pctōrē ⁊ dō pec
catis ſuis garriūt emūdari. Apud empedoclēlis ⁊ ami-
citia. Apud alios raritas ⁊ dēſitas. bonū ⁊ malū. Apō
quoſdā eterne materie particulariū corꝑm q̄ vniūſa mū
di machina integratur cauſe agētes fuerūt. Inibi erectī
ambonib9 quidā celū nō habere cām. q̄dā motū ſolū e9
a deo ꝓdire. Quidā materiā neq̄ creatā eſſe neq̄ effcm̄
ſuis auditorib9 ꝑmūt. Audiūtur ibi q̄dā obtētus. Sb-
ſtātia corꝑm celeſtiū eſt cauſa actiua inferioꝝ ſubiarum.
De9 creauit p̄mā ſubiam ſeꝑatā ⁊ ceſſauit. Illa creauit
ſecūdā. Secūda tertiā. Tertia quartā. Quarta q̄ntā. et
ſic vſq̄ ad vltimā ocioſam varietate ml'ta ducētes. Su-
ſurrāt in eadē ſilua quidā ſine concordia vt aiūt. Deus
nil p̄t p̄ter reꝝ curſus. ip̄e ait a neceſſitate nature cuncta
ex ſimplici volūtate diuina nulla ꝯcurrēte luce rōis ema
nāt. Perſtrepūt īde regalē aulā infeſtātes. Voces haud
dubie ariſtotel' de mundi eternitate aliorum multorum
de materie eternitate qua mundus cepit generari. De-
mocriti ⁊ enſipide in finitis principijs Athomis. Si-
ue in q̄ntitatiuis corꝑib9 ex quib9 ſingl'a cōſtant. Anaxa
gore de p̄ncipijs innumerabilib9 ſimul ꝯfuſis in quodā
chaos. Empedoclis de principijs ꝯtrarijs quem mani-
cheoꝝ forma ambigat ſecū habētiū Pitagorā dicentem
bonū ⁊ malū oīm reꝝ extitiſſe p̄ncipia p̄ma. Hos agita
bat nō paꝝ phiſicus auicēna. nūc intus. nūc ex incertuſ
exīis. Dicebat enī q᷒ deus intelligens ſe vnā intelligētiā
p̄mā ꝓducit. in q̄ iā ē potētia ⁊ actus. q̄ inq̄ztū intelligit
deū ꝓducit intelligentiā ſecūdā. Inq̄ztū ꝟo intelligit ſe
ſm q̄ō ē ī potētia ꝓducit ſubiam orb p̄mi. Et inde pro-
cedēs diuerſitatē reꝝ inſtituit ꝑ cauſas ſecūdas. Mirū
barrū p̄terea ⁊ formidine plenū ex eodē ſine luce luco ꝓ-
cedit. Qis eni a forma homīs a vēro aīam vocāt. Ane-
mos enī grece latine dicit' vētus. Hinc aiūt nullā eē ſub
ſtātiā niſi corꝑeam. Vnicū eſſe intellectū actiuū cunctis
rōnabilib9 influentē. quoꝝ quilibet ꝓprio viget poſſibili
vel intellectu. Auerroi hoc p̄ ceteris defendēte. q᷒ intelle
ctus poſſibil' ſit virtus ī nob cū elemētis admixta pro-
ut voluit alexāder aniam ſolā complexionē fore vt male
placet galieno. Variāt hūc tonū q̄ dicūt quādā armo-
niā. ex ꝯtrarijs aīam fore corpus. ⁊ hoc varijs ſententijs
Clamāt idē penitus eſſe ītellectū ⁊ ſenſū nō differre ab
imaginatōne. Intelligētiā ſubias ſeparatas influere no
ſtris intellectib9 radios ſemiales. Vnde notet Plato cū
illis nr̄m diſcere eſt potius reminiſci. Precepit ⁊ hinc q̄
rundā latratus ſalomō inſanos ſub tli forma ꝓdire. Ex
nihilo nati ſumus. ⁊ p9 hec erim9 tanq̄ nō fuerim9. vn9
eſt enī interit9 hoim ⁊ iumētoꝝ. hō iumēto nō h3 ampli9
Ibi eſt Plato fouēs originē q᷒ anie ſimul fuerit create.
necnō q᷒ poſtq̄ felicē vitā fuerint adepte. iteꝝ ad corꝑa
incipe velle reuerti. ⁊ illius vite felicitate finita. miſerijs
adhuc peregrinatōis inuolui. Idemq̄ de angel' ſenſit ſe
cūdus. Ibi Pitagoras inſinuās naſoni anīas in diuer
ſa corꝑa trāſire. ⁊ ad ꝓpria interdū reuerti. q̄ ambo auto-
res in circūitu ambulabāt dicētes ſecula renaſci cū vniu̇
ſis accidētib9 ſuis. aut completis q̄ndecim miliū vt vo-
luit p̄mus. aut. xxxvj. miliū. ſicut docuit ſecūdus anno-
rū circul'. Gymnaſia inſuꝑ ibidē ꝑſonāt. q̄rūdā aīas ab
angel' creatas platone preſidēte ſubas ſeparatas eē ſolū
quadragītaq̄nq̄ vl' circa. ſm numeꝝ circl'oꝝ orbiū Are
ſtotile methaphiſico diſputāte. Et angeloꝝ numeꝝ ī ſa
cris lr̄is ꝯtentū nō ſubiarū ſed ꝟtutū extimandū rabbi
moyſe garriāte. Neſcio an ſimphoniā vl' ſpūm dixerim
ſtridentē quoſdā dubios ſonos qui obaudiunt' exīn in-
numeri epycuro cātāte pſallerāt. vētrē adorātes. quoꝝ
orōem ſalomon recitat dicēs. Hoc itaq̄ viſum eſt mihi
bonū vt comedat quis ⁊ bibat ⁊ fruatur leticia ex labore
ſuo. Et hec ē ꝑs illius. Vbiq̄ relinq̄mus ſigna leticie. q̄
niā hec ē ꝑs nr̄a. ⁊ hec ē ſors nr̄a. Audiebāt illū etiā ceri
thiani credētes p9 reſurrectōem corꝑm oib9 carnis volu-
ptatib9 mille annoꝝ ſpacio frui. Saraceni q̄q̄ ⁊ nōnul
li iudeoꝝ circa hmōi atria ſaltāt fabulātes. poſt vitā p̄-
ſentē flumia lactis mell' ⁊ vini a ſe loco retributōis habē
da fore. Cōfuſionē añ medos hec varietas gignit. vt ho
norem. gl'iam. diuitias. potētiā corꝑis. ſanitatē ⁊ ſpecieꝫ
ſenſus. ꝑſpicaces ⁊ vigiles mores prudētiā artiū. victori-
oſam induſtriā. ſpeculatōem coēm. vie cognitionē poſſi
bilē quiſq̄ ꝓpria volūtate dicat eſſe ſūmū homīs bonū
Ibi nempe hec ⁊ pl'a legūtur. Cuiuſdā etiā clamor inde
ad aures torqueri vſq̄ ꝑuenit. Aut deū non eſſe. aut nl'
lū fore in ſecl'o malū dicētis. ſub q̄ nō pauci diuinā pro-
uidētiā ad inferiora nō ꝑuenire ꝯtēdūt. Stoyci ibi blaſ
phemāt ſm quēdā ordinē cāꝝ intrāſgreſſibilē de neceſ
ſitate oīa euenire. Erexit ſibi ſpecialiſſimū thronū ī p̄
fato nemore ml'tiplicius plato dicēs. vt tradit Gregori9
nicenus triplicē ꝓuidētiā eſſe. quaꝝ p̄ma ē ſūmi dei qui
p̄mo ⁊ p̄ncipal'r ꝓuidet ſp̄ūalib9 ⁊ intellectualib9. Cōſe-
quēter ꝟo toti mōdo q̄ztū ad genera ⁊ ſp̄ēs ⁊ vniuerſaleſ
cauſas que ſūt corꝑa celeſtia. Secunda ꝟo eſt q̄ ꝓuidet
ſingl'arib9 anialiū ⁊ plātarū q̄ztū ad generatōnem ⁊ cor
ruptōem. ⁊ mutatōes alias. quā attribuit dijs q̄ celū cir
cūeūt ſicut poſt cū Areſtotiles. hāc obliq̄ circulo dedit.
Tertiā ꝟo ponit reꝝ q̄ ꝑtinēt ad humanā vitā. quā q̄-
dē reddit demonib9 q̄buſdā exn̄tib9 circa terrā. q̄ ſm eū
ſunt humanaꝝ actōnū cuſtodes. Licet ſecūda ⁊ tertia
ſint dependētes a p̄ma. Inſerūt ceteri caſus ī gl'ia ꝑueni
re. Alij autumāt formas oēs accn̄tales eē. ꝯtinueq̄ flui.
⁊ nunq̄ niſi ꝑ inſtans aliqual'r ꝑmanere. Certā ſedē in
vna parte celi pl'es ex ill' dō locāt ⁊ alibi nō manet. quos

*Phi gentiles ⁊ hui9 mōi circa q̄ errauerunt.* (margin)

*Opinio eoꝝ q̄ dicūt anias cū corꝑe ī nihilū redituras. vñ ortuꝫ habet.* (margin)

impugnāt alīj a reb⁹ naturalib⁹ oēm actiōem auferētes
q̄ſi ſe ſolo in qualibet creatura de⁹ ꝑticulariter agat illa
no agēte. Canit ꝛ Homer⁹ ſolē vel iouē intellectum illu
ſtrare. Ait eni. Talis eſt intellect⁹ in dijs ꝛ hoībus terre
nis. qualē in die inducit pater virorūqꝫ deorūqꝫ. Scri
ptum eſt ibi. Fatis agimur. credite fatis. nō ſolicite poſ
ſunt cure mutare ratiſtamina fuſſi. Quicquid patimur
mortale gen⁹ q̄cquid facim⁹ venit ex alto. Dia recto tra
mite vadūt. ꝑmuſqꝫ dies dedit extremū nō illa deū ver
tiſſe licet. Audit ibi mors indiuidua noxia corpi nec par
cens aīe. Itez ſi oraueris ibi vt bene tibi ſuccedat epicu
rus obſtabit ꝙ de⁹ ō nobis nō curet. Impugnabūt ſto
ici. q2 de neceſſitate cūcta ꝯcurrūt. Perturbabūt egyptij
aſſerētes orōnib⁹ noſtris deū mutari. Protraherꝫ ab
hermete vt ſtatuas adores ꝟ idola. q̄ in illis ſit aliq̄d ma
ieſtatis diuine. Ait enī (beat⁹ Augu. referēte. viij. de ciui
tate dei) ſicut de⁹ effector eſt deoꝝ celeſtiū. ita hō fictor ē
deoꝝ q̄ in tēplo ſunt humana ꝓximitate ꝯtēti. ſtatuas
dico animatas ſenſu ꝛ ſpū plenas. tātaqꝫ faciētes ꝛ tlia
ſtatuas futuroꝝ ꝑſcias. eaſdē de ſomnijs ꝛ multis alijs
reb⁹ ꝑdicētes ꝛ imbecillitates hoīb⁹ faciētes eoſqꝫ curan
tes triſticiā. leticiāqꝫ dātes ꝑ meritis. Ferale eſt iſtō ꝛ hor
ridū nimis ire ad demones cōpellēs q̄s venerabilia nu
mina vocat ꝑſtigioꝝ multipliciter effectiua aliqua mō
ſtruoſa inde diſcurrūt. humana pariter ꝛ ferina. quia in
vna eadēqꝫ ſentētia quedā vera ꝛ quedā falſa ponūtur.
vt eſt illud ꝙ ſpūs ſunt naturaliter mali ꝛ virtuoſis vi
ris infeſti. Ait nāqꝫ in epl'a porphiri⁹ ad nepotē. Quoſ
dam opinare eſſe quoſdā ſpirituū gen⁹ cui exaudire ma
gos ſit ꝓpriū. nr̄a fallax omī forme ſimulās deos ꝛ demo
nes ꝛ aīas defunctoꝝ. ꝛ h̄ eſt qō efficiat q̄ videnꝫ eſſe vł
bona vel praua. ceterūqꝫ circa ea que bona vere ſunt ni
hil opitulari. imo ꝟo iſta nec noſſe. ſꝫ ꝛ mala cōſiliare. et
inſimulare atqꝫ īpedire ꝛ inuideri ꝟtutis ſedulos ſecta
tores ꝛ plenos eſſe temeritatis ꝛ fauſt⁹ gaudere odorib⁹
adulationib⁹ capi. adhuc caſtitatis amator Plato. ibi
diffinit vxores eſſe cōmunes. cui⁹ ſcolas coluit nicolaus
apocalipſis cū ſuis. Nō deeſt q̄ dicat ad ꝯſequendā
vitā beatā. fidē nihil ꝓdeſſe. ſꝫ ſolū op⁹ morale. vox aga
zellis auris ſiluā intrātis vulnere ſauciabit. ponētis ani
mas impioꝝ pena dāni ſolūmodo cruciari. Ubi omēs
vno mentiunꝫ ſmone. corpa defunctoꝝ nō poſſe reſurge
re ꝓteſtanꝫ. ꝛ errare aīas neſcio ꝑ quos cāpos. aut vſqꝫ
ad diē extremū periculi mūdialis ſedes determīatas ne
ſcire. Scim⁹ ꝙ in his mēbris ſacre eucharíſtie venerabi
le ſacramentū intrare nō pt̄. In quo eſt ſuba corporea ſi
ne accidēte. qualitas abſqꝫ ſubiecto carēs dimēſionibus
quātitas inter diſperata relatio. In corp⁹ a nō corpore
act⁹. ꝛ ad impoſſibile paſſio terminaꝫ. Locus cingitur a
locato. Ambit inſtās qōlibet q̄ñ ambiꝫ nō adiacet neqꝫ
ſit⁹ ꝯtinet ſituatū. De ꝛ alie q̄plurime nō dico poetaꝝ
ne vertibiles credanꝫ ſub fabulis. ſꝫ phoꝝ opiniōes q̄s
etiā ſuo lenocinio colorauerūt ex intētione vates gentili
um nō ſolū inter ſe pugnāt. ſꝫ aduerſus catholicā ꝟita
tem timidū certamē exercēt ad q̄s ſi q̄s inermis acceſſe
rit. ꝛ ſacre ſcripture clipeis mille nō plene munit⁹. aut re
manebit occiſus. aut ſaciat⁹ ad mortē. nō medicamina re
cepturus niſi a ſummo medico xp̄o. Hos pene omēs er
rores reprobat beat⁹ Thomas ꝯtra gētiles in diuerſ ca
pitulis ꝛ etiā libris.

Error illorum q̄ dicūt fidem nil ꝓdeſſe ad vitam beatam

De errorib⁹ iudeoꝝ ꝛ ſaracenoꝝ. Capl'm. vj

IN diluuio quoqꝫ a
quaꝝ multaꝝ. i. doctrinaꝝ falſaꝝ iudeorum ꝛ
ſaracenoꝝ. hoīes nō approꝑinquabūt ad deuz
ſꝫ elongabunꝫ ſubmerſi ab eterna dānatione. que doctri
ne reprobātur ꝑ eccl'iam ꝛ ſanctos doctores. ꝑcipue bea
tum Tho. in li. ꝯtra gētiles ꝑ totū. Apud iudeos antiq̄ſ
q̄ fuerūt circa tp̄a xp̄i. fuerūt tres ſecte opinionū a com
muni vita alioꝝ diſtātes. In quib⁹ omib⁹ erāt aliq̄ er
rores. videlicet phariſei. ſaducei ꝛ eſſei. Et phariſei q̄dez
victu auſtero ꝛ parco cultu traditiōes ſuas ſtatuentes.
quib⁹ moyſi traditiōes determinantes. vt glo. Pictacia
cartaꝝ in frōte geſtabāt. ꝛ in ſiniſtro brachio in q̄bus de
calog⁹ inſcript⁹ erat Et hec dicebanꝫ phylateria. a phila
qō eſt ſeruari. ꝛ thorath qō eſt legē. Iſti maiores fimbri
as alijs ferētes. ſpinas eis affigebāt. q̄b⁹ pūcti deambu
lādo memores eſſent mādatoꝝ dei. Iudiciū dei futuruz
dicētes omnē animā incorruptā eſſe. ſolas bonoꝝ aīas
in alia corpa trāſire vſqꝫ ad reſurrectiōem ꝛ iudiciū in h̄
errabāt. Maloꝝ aūt eternis trudi carcerib⁹ Saducei
dicebāt in arbitrio hominū ſitū eſſe. bonū malū ve age
re. Animaꝝ generaliter vel ſupplicia negabāt vel hono
res ꝛ futurā reſurrectionē corpoꝝ. aīmas cū corporibus
mori putātes. nec angelos eſſe dicebāt. Solos q̄nqꝫ li
bros moyſi recipiebāt. nimis ſeueri erāt. nec inter ſe ſocia
les. Ob quā ſeueritatē ſaduceos. i. iuſtos ſe nūcupabāt.
Eſſei fere in omib⁹ vitā monaſticā agebant nuptias
faſtidiētes. nō q2 ꝯiugia ꝛ hoīm ſucceſſionē putarēt pu
niendā. ſed cauendā intꝑantiā mulieꝝ. nullā eaꝝ fidem
ſeruare viro putātes. Omia habebāt cōmunia. ſ. ſqualo
rem dec⁹ putabāt. dūmodo in veſte cādida ſemꝑ eſſent.
Nulla eis ciuitas. ſꝫ in ſingulis domicilia habebāt So
lem vt orireꝫ orātes. poſtea vſqꝫ ad q̄ntā horā operantes.
Loti corp⁹ aquis ſimul cū ſilētio edebāt. Iuramētū ha
bebāt ꝓ ꝑiurio. Secte ſue neminē adhibētes. niſi ſuba
rum ꝓbatione. Recepti aūt ſecū poſt annū duob⁹ alijs
annis mores ei⁹ probabāt. Deprehenſum in peccatis a
ſe pellebāt. vt herbas more pecoꝝ decerpēs vſqꝫ ad mor
tem peniteret. Spuere in mediū vel ad dexterā partem
ſui vitātes. Adeo ſabbatū obſeruabāt. vt nec ea die aluū
purgabāt. Uiuebāt lōgiſſimo tp̄e ob vict⁹ ſimplicitatē
mortē ꝓ iuſticia iudicātes meliorē. Animas omēs a ꝓn
cipio creatas ꝓ tempib⁹ incorpari. Bonas exutas corpi
bus vltra oceanū degere. vbi ſit poſita eis fruitio ad ori
entem. malis ꝟo hiberna ꝛ ꝓcelloſa loca delegātes. Dec
ſm Uincen. in ſpecu. hiſto. li. vij c. xcvij. Sꝫ ī nouo te
ſtamento errores alios habēt ꝯtra fidē. Uñ ꝛ ad dāna
tionē eos mittētes eternā. Et primo q2 nō credunt xp̄m
ieſum eſſe meſſiā ꝓmiſſum eis in lege ꝛ ꝓphetis. ſed ad
huc expectāt venturꝝ. ꝛ ꝓ eo recipiēt antixp̄m. Ihm chri
ſtū dicūt puꝝ hoīem natū ex maria ꝛ ioſeph ſemine nō
de ſpūſancto ꝯceptū. Myſteriū trinitatis nō credūt. ſcꝫ
tres ꝑſonas eſſe in vna ſubſtantia ꝛ deitate. Meſſiam
quē expectāt. nō exiſtimāt deū fore. ꝛ eis redditurꝝ liber
tatē. ꝛ terrā ꝓmiſſionis. purgatoriū negāt. In talmuth
dicūt deū quotidie flere ꝓ ſeruitute. q2 diſperſi ſunt ꝑ or
bem. Uſuras cū eis. q̄ nō ſunt iudei licitas arbitrāt. cū
tñ h̄ ſit ꝯtra legē diuinā ꝛ naturalē. vt oñſum eſt ſupra
in ſcd̄a pte eo. ti. j. c. §. vj. ꝛ ſequēti.

De tribus ſectis iudeorum

De errorib⁹ iudeorum in nouo teſtamento

Gens infidelis ſara §. I.
cenorū inducta eſt ad errores ſuos ꝑ quendā machome
tum nomīe. qui legē eorū maledictā quā vocāt alchora
num ꝑ eū receperūt circa annos dñi ab incarnatōe ſexcē
tos q̄ndecim. tenēte imperiū eraclio q̄ crucē dñi in ꝑſidē
tranſlatā de hieruſalē ꝑ coſdroe gentilē regē perſarū. eo
deuicto ꝛ occiſo in hieruſalē deduxit. ꝛ in loco ꝑſtino cū
magna gloria repoſuit. Hic eraclius ex deuotiſſimo ꝓn
cipe lapſus eſt in hereſim monoſcelitaꝝ. ſeductus doctri
na patriarche conſtantinopolitani qui illud ſentiebat.
Hi ſaraceni q̄ ꝛ idumei diſcēdētes ab hiſmael filio abrae
potius deberēt dici agareni. quia ab agar ancilla Sare
deſcenderunt. nō a Sara vnde ſaracenos ſe nuncupant

Machometi ortus vnde. Ex his ergo idumeis natus peſſimus iſte ⁊ omni ſcelere
plenus. Machometus pmo paup fuit ⁊ ignobil' ⁊ ido-
latra colens venerē p dea ſicut ⁊ arabes alij illius regio-
nis. Vñ in ipa ſua beſtiali lege alchorā dic deū ſibi hec
vba dixiſſe. Orphanus fuiſti ⁊ ſuſcepi te. In errore ido-
latrie diu māſiſti. ⁊ inde eduxi te. paup eras. ⁊ locupleta
ui te. Et q2 illa pria colebat venerē. ſtatuit in lege diē ve-
neris ob veneratōem veneris in magna ſolemnitate ha-
beri. Hic cū eſſet callidus. aſinarius tamē ⁊ ductor came
loꝝ cuiuſdā nobilis vidue que pērat cuidā puincie ara
bie poſt occultā fornicatōem cū ea. tandē eā publice du-
xit vxorē. Qui potēs factus ē diues. cū attēptaret regnū
ſibi Arabie ſubiugare. ⁊ p violētiā ſolū nō valeret per ſi-
mulatā ſanctitatē hoc pcurauit ⁊ obtinuit dicēs ſe pro-
phetā a deo miſſum ad corrigēdas leges. q̄ nimis dure
erāt. ſ. Moyſi ⁊ Chriſti. Vñ habito ꝯſilio ⁊ adiutorio
cuiuſdā iudei peritiſſimi in lege ⁊ cuiuſdā clerici q̄ ex eo
ꝙ in curia Rhomana nō valuerat obtinere dignitatem
quā ambiebat. indignatus acceſſit ad ptes illas Arabie
vt introduceret aliquē errorē ⁊ ſcandalū i eccl'ia. Al' vt
alij aſſerūt cōſilio cuiuſdā monachi Sergij nomie. qui
expulſus fuerat de monaſterio ſuo. q2 hereticus erat in-
fectus hereſi Neſtoriana. vl' Jacobitarū. cōdidit legē al-
chorani. quedā de lege moyſaica. quedā de lege euange-
lica eliciēs. aliqb9 veris mľta falſa immiſcēs. Fatet enim
in Alchorana lege ſua Moyſen phām magnū dñm. ſ3
Chriſtū maximū pphetaꝝ ꝯceptū nō virili ſemie. ſ3 vtu
De fide ⁊ lege ſecte Machometice. te dei natū de virgine maria. miracl'a multa feciſſe ſ3 nō
fuiſſe paſſum. imo aliū hominē ſimilē ſibi. Vñ mortem
⁊ ſepulturam chriſti negāt. Circūciſionē more iudeoruz
mandat. ⁊ frequētes lotiones corpis. pcipue cū ad orati-
ones accedūt. Unde deū oīpotētē adorāt aſſerētes an
teꝙ deus celū ⁊ terrā crearet nomē Machometi in con
ſpectu dei aſtare. ⁊ niſi Machometus futurus eſſ3. nec
celū nec terrā factā fuiſſe. nec paradyſum eſſe. Vinū lex
eis phibet bibere. nec carnes porcinas edere. ⁊ ieiuniū p
mēſē mādat ſeruare. nil p totā diem comedendo. ⁊ p to-
tam noctē comedendo bibendo ⁊ luxuriādo. Quattuor
vxores vt legitimas cuilibet pmittit accipe. ⁊ eas ad pla
citū repudiare. ⁊ loco repudiate aliā ſumere. Empticias
vo feminas ⁊ captiuas quot volūt accipiāt ad cognoſcē
dū. Adulter ſm eam legē lapidat. Fur aūt nō ſuſpendi
tur ſed verberatur grauiter. Sibi tamē machomet9 i ea
lege aſſerit a deo pmiſſum. vt ad alioꝝ vxores accederz
vt generaret ex eis pphetas ⁊ homies virtutis. Et breui-
ter tot in ea lege ſunt abuſiones vſꝙ etiaz ad vitiū ſodo
miticū. tot immūdicie ⁊ beſtialitates vt oīs rō bñ di
ſpoſita. ⁊ a carnali ꝯſuetudine non abſorpta habeat de-
teſtari. Promittit aūt obſeruātib9 eam. nō niſi ſenſualia
paradyſum. ſ. deliciarū. in quo nō habebūt calorē vl' fri-
gus. vl' alias penalitates. veſtes pulcerrimas. Fluuios
lactis ⁊ mellis ⁊ vini aromatici ad edendū ⁊ bibenduz.
Juuencl'as ſpecioſiſſimas ⁊ in ꝯiugiū. ⁊ angelos eis ſer
uientes in vaſis aureis ⁊ argenteis. Nō credētib9 vero
his ⁊ non obſeruātib9 legē pmittit penā infernalem ſine
fine. Et in fine vite credentib9 deo ⁊ machometū eſſe dei
pphetam ⁊ meſſiam a deo miſſum dicit peccatoꝝ veniaz
dari. Cūꝙ machometus i morbū caducū incidēs ad ter
ram aliqñ horribil'r caderet. pter qd ⁊ vxor illa domina
⁊ aſtantes abominatū haberēt p ſui excuſatōne aſſere-
bat ſe tūc ei Gabrielē archāgelū loqui ad informādum
de lege ⁊ agendis. cuius maieſtatem ⁊ gl'iam non poſſet
ſufferre. ⁊ iō ſic cadere. Et cuz quereret ab eo de miracul'
aliquib9 fiendis ſicut factū eſt a moyſe ⁊ chriſto. excuſa-
De morte Machometi. bat ſe nō eſſe miſſum ad miracula faciēdū. ſed ad corri-
gendas leges. Et cum diceret ſe mortuū tertia die reſur-
gendū ⁊ in celū aſcēſurū. vna dierū poſt nimiā inebriati
onē ignominioſe mortuus eſt. ⁊ a porcis enormiter tra-
ctatus. Cū ſui p aliquos dies corpus ſeruātes vt reſur-
geret. nō valētes ſufferre eius fetorē ipm occultauerunt
Sicꝙ lex illa peſſima ꝯtra oēm legē diuinā ⁊ humanā
⁊ philoſophiā moralē a diabolo inuenta tradita eſt pec
catis hominū exigentib9. Nec miꝝ ſi ita dilatata eſt ⁊ a
mľtis popul' ſuſcepta. vt dicit beatus Leo. in pncipio
libri ꝯtra gentiles. q2 tota eſt ſm delectatōes carnis. ad
quas ſequentes populi ſunt proni. tum etiā q2 ⁊ pmiſſi
principale huius articuli. ſ. quō fratres minores poſſint habere nudū vſum facti intelligēdo iſtū articulū circa res q̄ nō ꝯſumūᷓ vſu. ponunᷓ quatuor cōcluſiōes. Prima eſt ꝙ nō poſſunt habere in talibus rebꝫ facti vſum nudū licitū. per omīs iuris nudatōnē. que ſic ꝓbaᷓ. Impoſſibile eſt habere vſum licitū ſine iure vtendi. ſiue iure in re ſimpliciter. ſiue iure in re ſm q̄d. q̄ð ꝑꝫ ex p̄cedētibus in prima ⁊ tertia cōcluſione. Ergo impoſſibile ē ꝙ fratres minores habeant in talibꝫ rebꝫ vſum licitū ſi ſit nudatꝰ omni iure. Et iðo dñs Johes deducit in ſua cōſtitutōne talem vſum ſic omī iure denudatū fratribꝫ nicola. pa. nūq̄ꝫ reſeruaſſe. q: ille vſus q̄ perfectioni nō adijcit. imo repugnat eſt illicitus. ergo talē vſum nūq̄ꝫ fratribꝫ reſeruauit. Scða concluſio eſt q: ī talibꝫ rebꝫ poſſunt habere nudū vſum ꝑ ꝓprietatis excluſionē. Et hoc faciliter probaᷓ in rebꝫ in quibus poteſt aliq̄s hr̄e vſuꝫ ſalua rei ſubſtātia dominio remanente penes alium poteſt homo habere nudū vſum ꝑ proprietatiſ excluſioneꝫ ſeu abſq̄ꝫ dominio ī ꝓprietate. Et ſi habeat talē vſum ex conceſſiōe dñi. talis vſus erit licitus. Sed fratres mīores poſſūt habere vſum in rebꝫ q̄ vſu nō ꝯſumunᷓ. ſicut in domibꝫ. libris. ⁊ hmōi. ſalua reꝝ ſubſtātia. dñio illiꝰ rei penes papā vel aliū remanente ex ꝯceſſione dñi. ergo in talibus rebꝫ poſſunt habere nudū vſum licitū. Nudum dico ꝑ ꝓprietatis excluſionē. Q, aūt de facto habeant dictū vſum nudū. patet. q̄a licet dñs Jo. a ſe ⁊ rōana eccleſia abdicet ꝓprietatē ⁊ dñium multaꝝ reꝝ q̄ poſſunt fratribꝫ obuenire. vel elemoſynaꝝ quotidianaꝝ. tamen adhuc retinet ſibi dñium eccleſiaꝝ. oratorioꝝ. vaſorū. libroꝝ. veſtimentoꝝ. ſacris vſibus deputatoꝝ vl̓ deputandoꝝ. vt patet in ꝯſtitutione ad ꝯditorē. Et in talibus dimittit fratribꝫ vſum ⁊ nō eſt dubiū. ꝙ nō illicitū ſed licitū. Tertia cōcluſio ē ꝙ nō poſſunt in talibus rebus que vſu nō ꝯſumunᷓ habere nudū vſum ꝑ omīs vtilitatis priuationē. qð ſic probaᷓ. Uſus domus ē inhabitatio eius. ſed inhabitatōne domꝰ fratres indigēt niſi ſemꝑ ſtarent ſub diuo. Saltē non eſt dubiū ꝙ inhabitatio domus eſt vtilis et accōmoda hmōi. Ergo fratres nō poſſunt habere vſum domorū ⁊ huiuſmodi q̄ ſit omni vtilitate denudatꝰ. Quarta ꝯcluſio eſt. ꝙ poſſunt habere nudū vſum taliū rerum per actionis in iudicio abdicationē. qð ſic ꝓbaᷓ. Cū aliq̄s pariᷓ aliquā rē nō neceſſario ñ eſt repugnātia haberᷓ vnū ſine alio. Sꝫ ius ⁊ ſi pariat actionem. non tamen neceſſario ſed. volūtarie. Ergo fratres poſſunt habere ius in aliqua re detenta per aliū abſq̄ꝫ hoc ꝙ poſſunt ſibi eam vendicare in iudicio. Secūdo probaᷓ idem. q: fratres poſſūt licite habere quod adijcit perfectioni vel ſaltē nō eſt illicitum. Sed ſua nō repetere in iudicio adijcit ad perfectionem. vt oſtendiᷓ. j. Corin. vi. vel ſaltem non eſt illicitum. Ergo fratres poſſunt habere vſum in talibus rebus per actionis in iudicio abdicationē. Et ſic ꝑꝫ quomodo fratres minores poſſunt habere ī rebus que vſu non conſumuntur nudum vſum ⁊ quomodo non.

## Quartus articulus .§. X.

declarandus eſt. Utꝝ in rebus vſu conſumptibilibꝫ poſſit ſeparari licitus vſus a proprietate ſeu dominio rei. et querimus de his que vſu conſumunᷓ ſtatim. vt panis ⁊ vinū et huiuſmodi. Probaᷓ primo auctoritate ipius Johis. xxij. in conſtitutione. Ad conditorē. Ubi etiā ⁊ rationē huius aſſignat. Dicit eñ ſic. ꝙ non ſint dicti fratres minores nudi vſurarij in rebus que vſu conſumunᷓ. euidentius declaratur. in quibus dicere ꝙ vſus iuris vel facti a dominio ſeparatus poſſit cōſtitui. iuri repugnat et ratoini. nec predeceſſoris noſtri intentio. ſcꝫ Nicolai pape romane eccleſie taliū rerum dominiū reſeruare. Quis eñ ſane mentis credere poterit. ꝙ intentio fuerit tanti patris. vt vnius oui ſeu caſei ſeu panis vel fruſti panis que ſepe fratribꝫ cōferuntur. dominiuꝫ romane eccleſie acquiraᷓ. Aut ſi eius fuit intentio q̄s defendere poterit ꝙ non realis fuerit talis intentio dominij ſed verbalis quoq̄ꝫ non vera. ſed ficta potius ſit cēſenda. Adhuc poſito ꝙ in talibꝫ rebus vſus poſſet cōſtitui nudus tamē nullatenus poſſet dici cum vſꝰ rei conſumptibilis vſurarij nō differat ab vſu plenū dominiū continentis. qð patet. quia vſus huius rei totaliter rem conſumit. Conſtat autem vſum plenū dominium habentis minime fore nudū. Ex quo ſequiᷓ ꝙ coꝝ vſꝰ nudus minime ſit. Dominiū autē ſancte romane eccleſie reſeruatū ex eo poteſt videri nuduꝫ verbale ⁊ mathematicū. ꝙ ex illo nll̓uꝫ hactēꝰ obuenerit ꝯmodū. nec ſperaᷓ ꝙ obuenire debeat in futurū. nec intentio reſeruantis fuerit nec fratrum ipſorū. ꝙ in cuiuſq̄ꝫ alteriꝰ q̄ꝫ ipſorum fratrū comodum vſum deueniant res predicte. Cōſtat autem ꝙ tale dominiū nec habentē ditiorem facit. nec pauperiorē efficit nō habentē. Ex quibus liquet ꝙ impudenter propter retentionē predictā pre alijs mendicantibus ſibi vendicant altiſſimam paupertatē. Hec ibi. Sed preter predicta adducunᷓ ad idem ⁊ alie rationes quarū prima eſt. In rebus cuius vſus nō eſt ſine proprietatis conſumptione. impoſibile eſt eſſe ius ī vſu ſine iure in proprietate. Hoc patet. q: ex quo conſumiᷓ proprietas vſus nō erit licitus. niſi poſſim licite conſumere proprietatē. Sed nō poſſum licite conſumere proprietatē ſiñ poteſtate licita ſeu iure in ꝓprietate. ḡ ⁊c. Sꝫ in rebus vſu conſumptibilibus non eſt vſus ſine conſumptōne proprietatis. ergo in talibus rebus non poteſt vſus a proprietate ſeu dominio ſeparari. Secunda ratio eſt. Jlle qui poteſt licite alienare ſimpliciter aliq̄m rem pro ſua propria vtilitate ſcienᷓ habet ius in re ſimpliciter. Et dictum eſt notanter propria vtilitate. q: bene poſſet aliquis ex cōmiſſione alterius alienare rem licite pro vtilitate committentis abſq̄ꝫ hoc ꝙ ſic alienās haberet ius in re ſimpliciter. ſicut ſi committerem tibi ꝙ venderes rem meam. Sed ꝙ aliquis poſſit licite ꝓ vtilitate propria rem alienare ⁊ diſtrahere abſq̄ꝫ hoc ꝙ habeat ius in re videtur impoſſibile. Sed vtēs re que ſtatim vtendo conſumitur. ſicut panis ⁊ vinuꝫ. alienat rē a propria natura et forma. et propria vtilitate. quia propter proprium nutrimentum. ergo talis ſi licite vtitur. habet ius in re illa ſimpliciter. Tertia ratio ad idem. Jlle qui licite poteſt habere omnem vſum qui natus eſt haberi circa rem. habet ius ſimpliciter in re. vt patet ex declaratis in precedēti articulo. Sed vtens re que per vſum ſtatim conſumitur habet circa illā rem omnem vſum qui natus eſt haberi circa rem. immo nūq̄ꝫ poteſt haberi aliquis alius vſus circa rem illam. q̄a res alterius non manet. ergo talis habet ius in re ſimpliciter. Quarta ratio. ille qui pro ſe licite poteſt rem diſtrahere ī aliū ñ ſolū q̄tum ad vſum ſed etiam q̄tuꝫ ad proprietatem habꝫ neceſſario ius in re ⁊ in vſu rei. Hoc patet. quia nemo pōt transferre ꝓ ſe et noīe ſuo in aliuꝫ

qđ ipſe nō habet. Sed q̄ vtēdo ↄſumit rē nō min⁹ trāſ
fert rē ꝛ alienat a q̄cunqȝ cui⁹ ante fuerat q̄ȝ qui per ven
ditionē ꝛ donationē transfert in aliū imo magis. qꝛ ven
dendo vel donādo adhuc manet res in ꝓpria forma. p⁹
talem aūt ↄſumptionē nō manet. ergo ſi talis licite vtiť
per ſe. neceſſario habet ius in re. nō ſolū in vſum ipſius
rei. plures alie rōnes ponunť ob breuitatē omiſſe. Se
cunda ↄcluſio p̄ncipalis hui⁹ quarti articuli eſt. ꝙ fra
tres minores in hmōi reb⁹ vſu ↄſumptibilib⁹. nō poſ
ſunt habere nudū vſum licitū per ꝓprietatis excluſionē.
Et h̄ ꝓbatur faciliter ſic. In reb⁹ in q̄bus nō pōt ſepa
rari vſus licitus a dn̄io in re. nō poteſt haberi nudus
vſus p ꝓprietatis excluſionē. Sed vt pꝫ ex p̄cedenti cō
cluſione in reb⁹ vſu ↄſumptibilib⁹ nō pōt licitus vſus
ſeparari a dn̄io ſeu ꝓprietate in re. ergo in talib⁹ reb⁹ nō
poſſunt fratres minores nec alij quicunqȝ habere nudū
vſum p ꝓprietatis excluſionē. Et ſic patet differētia inť
res que ſtatim vſu ↄſumunť. ꝛ eas q̄ ſtatim nō ↄſumū
tur vſu. qꝛ in reb⁹ que non ſtatim vſu ↄſumunť. vt do
mus. veſtimentū. liber. ꝛ hmōi poteſt eſſe nudus vſus
p ꝓprietatis excluſionē. ſed nō p oīs iuris denudationē.
vt dictū eſt in p̄cedenti articulo. Sed in reb⁹ q̄ vſu ſta
tim ↄſumunť. nō pōt eſſe licite nudus vſus nec p omnis
iuris denudationē. nec p ꝓprietatis excluſionē. Q, ſi ar
guať in ↄ̄rium ſic. Monachus nō eſt capax ꝓprietatis
in aliquo caſu. vt pꝫ extra de ſtatu mona. Cū ad mōa
ſteriū. Sed monach⁹ neceſſario vtiť reb⁹ vſu ↄſumpti
bilibus. vt qn̄ comedit ꝛ bibit. ğ in talib⁹ rebus pōt li
citus vſus ſepari a dn̄io ſeu ꝓprietate. Rn̄deť ꝙ mona
chus nō eſt capax ꝓprietatis. ſic ꝙ poſſit de re diſpone
re p libito volūtatis. imo tādiu pōt diſpēſator vel mo
naſterium rem ad vſum ↄceſſam monacho reuocarē do
nec vſus ſit inchoatus. Et ideo nō dr̄ ſimpliciter domi
nus vel habere ꝓprietatē. Sed in ipō vſu. qꝛ nō pōt eſſe
ſine ↄſumptione ꝓprietatis. ideo q̄ȝtum ↄcediť mōacho
de vſu in tali re. tantū ſibi ↄceditur de proprietate. nec
abdicatio talis proprietatis eſt annexa ſtatui monacha
li. de q̄ dr̄ in illa decretali. cū ad mōaſteriū. đ ſta. mona.

## Ex his patet error. §. XI.

decimi capl'i libelli hereticalť quē ediderūt fraticelli pro
ſue hereſis defenſiōe. Dicūt eīm ꝙ in reb⁹ vſu ↄſūptibi
lib⁹ pōt ſepari vſus rei a proprietate ꝛ dn̄io. Inducūt
aliquas auctoritates q̄ nō ꝓbant. Et qꝛ Jo. xxij. in ↄſti
tutōne ſua. Quia ita declarauit ↄ̄riū. ꝛ determinauit. ſ.
ꝙ in hmōi vſus rei vel vſufruct⁹ nō pōt ſeparari a do
minio ꝛ ꝓprietate ipſius rei. vt in pane ꝛ vino ꝛ hmōi. et
pecunia q̄ vtendo diſtrahiť ab vno in aliū. vn̄ cui cōce
diť vnū ꝛ reliquū. Et iō xp̄s cū apl'is in hmōi habēdo
vſum habuit ꝛ dn̄ium ꝛ ꝓprietatē coꝝ. in cōi tn̄ cū apo
ſtolis. Et qꝛ hoc determinauit. dicunt eū hereticū. qꝛ cō
tra ſcripturā. cū tn̄ ſcriptura nil dicat ꝙ habuerit vſuꝫ
tantū ꝛ nō dn̄ium. Et cū talis vſus in hmōi ſine dn̄io ꝛ
iure ſit illicit⁹. qꝛ eſſet vſus p̄donū. ideo bene declarauit
ꝛ neceſſario ſequentē cōcluſionē. ꝙ habuit talia quo ad
vſum ꝛ dn̄ium. Sed ipi mali ītelligūt terminos iſtos
declaratos. ſ. vſum ius. ꝛ dn̄ium. ꝛ ꝓprietatē ꝛ huiuſmo
di. Preťea ad papā ꝑtinet declarare dubia ſcripture. qn̄
occurrūt. ꝛ declaratōni ei⁹ eſt ſtādū magis q̄ȝ cuicūqȝ do
ctoꝝ. vt patet di. xx. per totum. Et ideo ipi ſunt heretici
nō ſtantes tali determinationi iam facte.

## Quintus articulus. §. XII.

declarand⁹ eſt. Utrū pauptas facit eſſentiālr ad perfe
ctionē. ꝛ omittendo argumēta ſequendo intentionē pa
pe Jo. xxij. in dicta ↄſtitutōe. ꝛ doctrinā. b. tho. q̄ ponit
p̄mo quaſdā diſtinctōes faciētes ad declaratōem que

ſtionis. Deinde ponit quaſdā ↄcluſiones cū ſuis proba
tionib⁹ dilucidātes materiā. Pria diſtinctio ē de paup
tate vicȝ. ꝙ accipiť dupl'r. Uno mō ſm animi p̄paratio
nē. Alio mō ſm exteriorē effectū. Pauptas ſm anī pre
parationem dr̄ inclinatio mētis ab abdicatōe reꝝ tpali
um. inq̄ȝtum ſunt impeditiua caritatis. in qua caritate
conſiſtit principal'r humane vite ꝑfectio. vt infra decla
rabiť. Ille dr̄ eſſe paup ſm animi inclinatōem. q̄ ſic ē di
ſpoſitus. ꝙ pro q̄cunqȝ re tpali acq̄renda vel retinenda
nullo mō ↄſentiret in aliq̄đ qđ eſſet ↄtra caritatem dei
ꝛ ꝓximi. Pauptas vero ſm effectū exteriorē īportat ca
rentiā illoꝝ tpalium. Et qꝛ quot modis dr̄ vnū oppoſi
toꝝ. tot ꝛ reliquū. ideo ſicut res corpales poſſūt diuerſis
modis haberi vt patuit. ſ. iij. ar. qꝛ vel ad vſum tantuꝫ
vel ad dn̄ium tm̄. vel q̄ ad vtrūqȝ ſimul. iō ꝛ pauptas
poteſt dicere vel carētiā tpalium q̄ȝtū ad vtrūqȝ. vel q̄ȝ
tum ad alterū tm̄. inq̄ȝtum res tpales poſſunt hr̄i vl'ī
ꝓprio vel in cōmuni. vel vtroqȝ modo. iō pauptas pt di
ci carētia tpalium. vel vtroqȝ mō ſimul. vel altero tantū
Et q̄ȝto maior carentia tpalium. tāto maior pauptas ſꝫ
exteriorē effectū. Et accipiēdo vtroqȝ mō pōt queſtio ha
bere locū. Scđa diſtinctio eſt. ꝙ aliq̄đ facere ad ali
ud pōt intelligi dupl'r. Uno mō eſſential'r. ſ. ſicut id qđ
eſt eſſentia rei. vel pars eſſentie. ſicut diffinitio vel par
tes diffinitōnis. Alio mō diſpoſitiue ſeu inſtrumētal'r.
ſicut id qđ diſponit ad hoc ꝙ ſequať aliq̄s effectus. Et
hoc ſiue ex parte agentis ſiue ex parte paſſi. dr̄ facere ſeu
operari ad illud inſtrumētal'r. Inſtrumētū aūt ē duplex
vnū ſcꝫ neceſſitatis. ſicut ille. ſine quo nō pōt ſeq̄ effect⁹.
ſicut ſemen a generāte deciſum eſt inſtrumētū neceſſariū
um ad generationē hoīs per naturā vicȝ. Aliđ eſt īſtru
mentū cōmoditatis. qꝛ. ſ. ille ſine illo pōt effectus ſequi.
ſed nō ita faciliter ꝛ prompte. Et ſic ſiccitas in ligno eſt
diſpoſitio accōmoda ad recipiendū actionē ignis. qꝛ li
cet ſine ea poſſet lignū accendi. nō tn̄ ita cōmode ꝛ faci
liter. ꝛ ſm h̄ poteſt eſſe queſtio de pauptate. vicȝ vtrum
faciat ad ꝑfectionē inſtrumētal'r vel eſſential'r. Et ſi in
ſtrumētal'r vtꝝ operť vt inſtrumētū neceſſariū. vel vt
accōmodū. ꝛ vlterius operādo vt inſtrumētū. ſi h̄ facit
ponēdo aliquā diſpoſitionē poſitiuā. ex q̄ ſequať effect⁹
ſicut ad ad ꝑfectū terre naſcentiū diſponit calor ꝛ hūor.
Uel h̄ agit p̄uatiue. ſ. remouēdo impedientia ꝛ nociua ad
effectus ↄſecutionē. Et operať diſpoſitiue ad ꝑfectū ter
re naſcentiū. remouēs vrticas ꝛ ſpinas a terra in qua ē
ſeminatū. Et ſic de paupertate queri poteſt. Utrū faci
at inſtrumētaliter ad ꝑfectionē diſpoſitiue. ſicut p̄cepta
vicȝ conſilia et ad bonas perſuaſiones ꝛ oīa que poſ
ſunt allicere ad dilectionē dei ꝛ ꝓximi. Uel p̄uatiue. ſcꝫ
remouēdo ea q̄ nata ſūt impedire ꝑfectionē. ſicut ille q̄
abijcit id qđ natū eſt abijcere ad oppoſitū caritatis. ſic
male ſocietates ꝛ abundātia exceſſiua diuitiaꝝ ꝛ hmōi.
Tertia diſtinctio eſt ꝙ duplex eſt ꝑfectio. q̄dam pſo
nalis. ꝛ q̄dam ſtatualis. ꝛ vna iſtaꝝ nō includit aliā ne
ceſſario. Contingit eīm aliquē eſſe ꝑfectum ꝑfectōne ſta
tuali. i. eſſe in ſtatu ꝑfectiōis q̄ nō eſt ꝑfectus ꝑfectōne ꝑ
ſonali ꝛ ecōuerſo. Et h̄ pꝫ. qꝛ cū ſtat⁹ religionis ꝛ p̄la
tionis p̄cipue ep̄alis ſm oīes ſtatus ſit ꝑfectus. Con
ſtat manifeſte ꝙ ſunt m'lti religioſi ꝛ p̄lati etiā ep̄i q̄ nō
ſunt ꝑfecti perfectione pſonali. cū ſint mali deficientes
a dilectōne dei ꝛ ꝓximi ꝛ ecōuerſo ſūt ꝛ fuerūt multi lai
ci q̄ n̄ fuerūt religioſi vel p̄lati. ꝛ tn̄ fuerūt ꝑfecti ꝑfectōe
pſonali gratie. ſcꝫ ꝛ v̄tutum. vt abraā. ꝛ ſanct⁹ Ludoui
cus rex francie. ꝛ alij multi. Perfectio aūt pſonalis cōſi
ſtit in habitib⁹ v̄tutum ꝛ actib⁹ eaꝝ. Qđ pꝫ. qꝛ ph̄us
dicit. ij. ethi. qȝ v̄tus eſt q̄ habentē ꝑficit. ꝛ opus ei⁹ bo
num reddit. Et vij. phiſicoꝝ dr̄. ꝙ v̄tus eſt diſpoſitio ꝑ
fecti ad optimū. Cōſiſtit ğ ꝑfectio pſonalis in virtutib⁹ ꝛ

Duobus modis ac cipit pau pertas

actibꝫ earū.qꝛ virtꝰ eſſentialr̃ ē quedā ꝑfectio.ſil'r ⁊ actꝰ
eius q̄dā ꝑfectio actual'.Et qꝛ inter ꝟtutes ē gradus.qꝛ
aliq̄ ſūt excellētiores alijs.⁊ iō ī ill' magꝭ ꝯſiſtit ꝑfectio.
q̄ ſūt magis excellētes virtutes.Et qꝛ ī pr̄ia habitus lu
minis glie ē virtꝰ nobiliſſima.⁊ eiꝰ actus qui ē viſio dei
ꝑ eēntia ē actus optimus ⁊ nobiliſſimꝰ.Et etiā charitaſ
⁊ eius actus q̄ eſt dilectō.vl' ſm aliq̄s fruitio.iō ſumma
hoīs ꝑfectio ē ī iſtis habitibꝫ ⁊ eaꝝ actibꝫ. Et qꝛ in hac
vita inter oēs virtutes charitas obtinet ꝓncipatū.ſcđm
illud.j.Corin.xiij.Adhuc excellētiorē viā vob demōſtro.
glo.ſ.charitatē maius oībꝫ donis.Et.j.ad Corinth.xiij.
Maior hoꝝ ē charitas.iō ſūma hoīs ꝑfectio ī hac vita
ꝯſiſtit ī charitate ⁊ eiꝰ actu q̄ ē diligere deū ſup oīa.⁊ ꝓ-
ximū ſicut ſe. Vñ apl's ad Col'.iij.enumeratis ꝟtutibꝫ
ait.Sup oīa charitatē habere.q̄ eſt vincl'm ꝑfectōis. et
in ipa ē ꝑfectō ꝑſonal'.Omitto aūt de multiplici ꝑfecti-
one q̄ poſſet īduci.vt de ꝑfectōe ſimpl'r cui nil deeſt bo
ni qđ pt cogitari.Et hec ē dei Mat.v.Pr̄ vr̄ celeſtꝭ per
fectus ē.⁊ reſpectu eius perfectōis oīs creatura ē imper
fecta.Et ē ꝑfectō pr̄ie q̄ a nob in vita haberi nō poteſt,
de q̄.j.Coꝝ.xiij.Cū venerit qđ ꝑfectū ē.i.ſtatꝰ glie.euacu
abitur q̄d ex pte ē.Et ad phil'.ait apl's.iij. Nō q̄ perfe-
ctus iam ſim.⁊c̄.Perfectio vie de qua.Math.v.Eſtote
vos ꝑfecti.Et iſta etiā hꝫ gradus tres ſicut ⁊ charitas. ī
qua ꝯſiſtit.Et ē ꝑfectō natural' de q̄ Deutro.xxxij. Dei
opa ſunt ꝑfecta.Perfectō aūt ſtatus ē certus modus vi
uēdi ꝑ quē q̄s obligat ſe ad quedā ſuperogatōis opera
ꝓpter ꝑfectionē ꝑſonalē facilius acquirendā ⁊ meliꝰ con
ſeruandā.vl' in alios tranſfundendā. Iſte aūt ſtatus ꝑ-
fectōis eſt duplex ſm be.tho.ſe.ſe.Vnꝰ ē ſtatus ꝑfectōiſ
acquirēde.Alius ſtatus ꝑfectōis exercende.Status ꝑfe
ctōis acq̄rēde eſt ſtatus religioſoꝝ. q̄ ex hoc ſe obligant
ad quedā ſuperogatōis opera agenda.vt ꝑfectōem ꝑſo
nale.vel acquirāt facilius.vl' ꝯſeruēt acq̄ſitā ſecurius et
melius.Nō enī oꝑtet q̄ religioſus ſtatim ſit ꝑfectus ſed
q̄ tēdat ad ꝑfectōem.⁊ habeat ꝓpoſitū ad h' ꝯſequēdum
Sꝫ ſtatus ꝑfectōis exercēde ē ſtatus p̄latoꝝ.⁊ ad hoc ſe
obligāt.vt ꝑfectōem ī alios trāſfundant.ī eos actus hie
rarchicos exercētes.hñt enī ſubditos purgare.ꝑficere ⁊
illuīare.vt ait Dioni.de eccl'iaſtica hierarchia. Mō qō
nr̄a q̄rit de ꝑfectōe ꝑſonali.nō de ꝑfectōe ſtatus. Quar-
to notādū q̄ ſcriptura accipit ꝑfectōem dupl'r.Vno mō
ſm q̄ comp̄hendit id ſolū q̄d facit eēntial'r ad ꝑfectōem
⁊ nō id q̄d facit inſtrumētaliter ad ꝑfectōem.vt ibi Ge-
neſ.vj.Noe fuit vir iuſtus atqꝫ ꝑfectꝰ. ⁊ Geñ.xv. dixit
dñs Abrahe.Ambula corā me.⁊ eſto ꝑfectus. Et beatꝰ
Augꝰ.dicit in li de libe.arbi.q̄ nullus pt ſaluari niſi ſit
ꝑfectꝰ.Et certū eſt q̄ multi ſunt ſaluati ⁊ ſaluant' abſqꝫ
ꝯſeruatōe ꝯſilioꝝ pauptatis ꝯtinētie.⁊ hmōi.vt Abraā
ſctūs Lodouicus.⁊ alij.Secūdo mō accipit ꝑfectiōem
nō ſolū ſm q̄ includit eēntial'r ꝑfectōem.ſed etiā qđ fac̄
inſtrumētal'r ad ꝑfectōem.vt ibi Mat.xix. Si vis ꝑfe-
ctus eſſe vende oīa q̄ habes.da paupibꝫ. ⁊ ſequere me.
qđ dcm̄ fuit a chriſto iuueni.q̄ dixerat ei ſe ſeruaſſe mā-
data.Vnde patet q̄ nō ſolū ꝑfectio ibi comprehendit
precepta in quibꝫ eſſential'r ꝯſiſtit ꝑfectio ſm be.Thom̄
ſe.ſe.q.clxxxvij.arti.iij.Sed etiā comp̄hēdit ꝯſilia q̄ ſūt
inſtrumēta ad ꝑfectōem.Queſtio igit' iſta querit vtruꝫ
pauptas ꝑtineat ad ꝑfectōem eſſentialē q̄ ꝯſiſtit ī virtu
tibꝫ ⁊ actibꝫ eaꝝ.vt dcm̄ ē ꝓncipal'r in charitate.Iſte eſt
ergo intellectus queſtionis.Quātū nūc ad ſecūdū.ſ. ad
queſtionē reſpondendo ponūtur ſex ꝯcluſiōes.⁊ probā
tur. Quarū ꝓma ē q̄ paupertas ſm animi preparati-
onē pertinet ad perfectionē eſſentialiter.Hoc ſic probat'.
Quod eſt virtus vl' actus virtutis ꝑtinet eſſential'r ad
ꝑfectōem.vt qꝛ oſtenſum eſt.perfectio conſiſtit eēntiali-
ter in virtutibus. ⁊ actibꝫ earū.Sed paupertas ſm ani
mi preparationē eſt virtus ſi ſit habitualis vl' actus vir
tutis.ſi ſit actual' tal' ꝓparatio animi.⁊c̄. Minor ꝓbat'.
ſcꝫ q̄ talis pauptas ſit virtus.Nā diffinitur virtꝰ a phi
loſopho.ij.ethico.q̄ virtus eſt habitus electiuus ī me-
dio ꝯſiſtens determinato a recta rōne.ꝓut ſapiēs deter
minabit.Sed inclinatio habitualis mentis ad tempo-
raliū abdicatōem ꝓut ſunt impeditiua charitatis ē ha-
bitus electiuꝰ.vt de ſe patet.Et eſt ꝯſiſtēs in medio ra-
tionis.qꝛ eſt ad abdicatōem tempalium ꝓut ſunt impe
dimenta vite ſpiritualis que ē per charitatē. Et hoc ꝓ-
ut ſapiens determinat.qꝛ quilibet ſapiēs determinaret
bona minima abijciēda ꝓpter maxima. ſicut abijciūtur
merces in mari.vt ꝯſeruet' vita hominū que ē ꝓncipa-
lius eis mercibꝫ.Cū ergo tempalia ſint minima bona ⁊
vita ſpūalis ꝑ charitatē ſit maximū bonū. ſequit' q̄ ſa-
piens determinaret tꝑalia abijcienda inq̄ꝫtū ſunt impe
ditiua vite ſpūalis.cum vita anime ſit magis ꝯſeruan
da q̄ꝫ corꝑis.Ergo tal' inclinatio ad abijciēda tēporalia
ꝓut ſunt impeditiua charitatis eſt virtus.Sed tal' incli
natio ad huiuſmōi eſt pauptas ſm ꝓparatōem animi.

Secūda ꝯcluſio eſt q̄ paupertas ſm effectū exterio-
rem nō ꝑtinet ad ꝑfectōnem eēntial'r.Hoc probat' auto-
ritatibꝫ ⁊ ratōne.Autoritate quidē ſic. ꝓmo ꝯſtitutōis
ipius.Jo.xxij.ad conditorem vbi dicit q̄ ꝑ tempalium
abdicatōem ad ꝑfectōnē via diſponit'. Qđ aūtē ſe ha-
bet diſpoſitiue ad aliquē effectū.non ꝑtinet eſſentialiter
ad ꝑfectōem illius rei.cū diſpoſitō nō ſit đ eēntia rei ad
quā diſponit.Secūda autoritas eſt abbatꝭ moyſi ī coll'
patrū. quā inducit beatꝰ Tho.ſe.ſe.q.clxxxvij.ar.iij.di
cēs.vigilie.ieiunia.meditatō ſcꝑturaꝝ.nuditaſ.⁊ ꝓuatō
oīm facultatum nō ꝑfectio ſed ꝑfectōis inſtrumēta ſūt.
Probatur eadē ꝯcluſio ratōe ſic.Illud ſine q̄ pt hñi eēn
tialiter perfectō nō ꝑtinet eēntialiter ad perfectōem. q̄d
patet.qꝛ res non pōt haberi ſine eo qđ ē de eēntia eius.
Sed ꝑfectō poteſt haberi ſine tali pauptate.imo ⁊ cum
multis diuitijs.vt patet in abrahā.Job.Lodouico rege
francoꝝ ⁊ alioꝝ qui fuerūt perfectiſſimi viri. qui tamē
nō habuerūt pauptatē iſtā.ſcꝫ.ſecūdū effectū exteriorē.
Probat' idē ſic.Perfectō eēntial' ꝯſiſtit in virtutibus.
vt dictū eſt.Sed oīs virtus ꝯſiſtit ſubiectiue ī intel-
lectu vl' appetitu.Sed paupertas ſcđm exteriorē effectū
in nll'o hoꝝ eſt.qꝛ nec ī intellectu nec ī appetitu.ergo.⁊c̄.
Qꝫ ſi arguat' cōtra qꝛ inuenit' ille cui xp̄s dixit. Si vis
perfectus eē.⁊c̄.Math.xix.Obſeruauerat p̄cepta vt ip
ſe dixit chriſto in q̄bꝫ ꝯſiſtit perfectō eēntialiter.vt dcm̄
eſt.⁊ tamē chriſtꝰ ei dixit.Si vis ꝑfectus eē vende om-
nia ⁊ da paupibꝫ loquēs nl'i dubiū de pauptate ſm ex
teriorē effectū.Ex quo videtur q̄ ꝑ obſeruatōem p̄cepto
rū nōdū acquiſiuiſſet perfectōem eēntialē.Sed ſi vellet
eā ꝯſequi oſtēdit modū ꝯſeq̄ndi eā.ſcꝫ ꝑ pauptatē exte
riorē.Ergo paupertas ſm exteriorē effectū videt' neceſſa
ria ad perfectionē eſſentialē. Ad quod etiā vident' face-
re autoritates aliq̄ ſacroꝝ. vt Hieronimi ad Deme-
triadē dicētis.Apoſtolici faſtigij perfecteqꝫ virtutis eſt
vendere oīa.⁊ dare pauperibꝫ. Et beatꝰ Ambroſius.
Sūma iuſticia eſt vendere oīa ⁊ dare pauperibꝫ.Sꝫ
ſumma iuſticia ē perfecta virtꝰ.Et beatꝰ Auguſtinꝰ cō
tra Fauſtū.Illi ſūt perfecti q̄ oīa ſua dimittūt ⁊ ſequū
tur chriſtū.Sed ad hec reſpōdet' Primo de iuuene illo
qꝛ aliq̄ doctores vt Origenes ⁊ Chriſoſto.dicūt illū fu-
iſſe mētiū.Sed dimiſſa iſta reſpōſiōe que nō videt' mł'
tū ꝯgrua.cū euāgeliſta dicat Marh.x.Chriſtū eū intui
tū dilexiſſe.q̄d nō videt' feciſſe ſi fuiſſet fictus ⁊ trāſgreſ-
ſor preceptoꝝ.Poteſt aliter reſpōderi.Nā ſuppoſito eti-
am q̄ verū dixerit cū ſit duplex perfectō.ſcꝫ eſſētial'.que
conſiſtit in virtutibus.vt dictum eſt.et accidentalis que
eſt quoddā inſtrumētū accōmodū ad acquirēdā maio-

rem perfectõnē eſſentialē.q ⁊ ipē habet gradus.⁊ ad cõſeruandā quācūq; acquiſitā.de accidētali locutꝰ ē xps. Si vis ꝑfectꝰ eſſe ⁊c̄.quā adhuc ille nō habebat. Ul' ꝑt ſic dici.ꝙ in illa auctoritate xpi aliqͥd ibi ponit̄ vt via ⁊ inſtr̄m ad ꝑfectionē acqͥrendā vel ꝯſeruandā illud.ſ.vēde oīa ⁊ da paupibꝫ. Aliqͥd vt id in quo eſſentialit̄ ꝑfectio ꝯſiſtit.ſ.ſequela xpi. Uñ ⁊ Hiero.ſup illō Math.xix.qō ait petrus. Ecce nos reliqͥmus oīa ⁊ ſecuti ſumus te.dicit. Nō ſufficit relinquere oīa. ſ; adiūgit qō ꝑfectū eſt.ſ.ſequi xpum. ⁊ bea. Amb.ſup illud. Seqͥre me ait. Jubet ſequi nō corꝑis greſſu ſ; metis affectu.qō fit ꝑ charitatē. Ad autoritatē etiā rn̄det̄.q illud bea. Hiero.intelligendū eſt ꝙ relinquere oīa ſit ꝑfecte virtutis.id eſt.inſtrumentum perfecte virtutis.que eſt charitas. Ad illud beatus Ambroſius. ꝙ relinquere oīa ſit ſūma iuſticia.eſt ibi p̄dicatio nō formalis ſ; cauſalis. Et ē ſenſus ꝙ a ꝑfecta iuſticia que eſt ꝑ charitatē cauſat̄ hoc ſc; relinquere oīa. Ad illud bea. Aug.q nō in dimiſſione tꝑaliū ſ; in ſequela xpi quā ibi adiūgit eſt ꝑfectio eſſentialis. Relinquere aūt tꝑalia eſt vt inſtrumentū accōmodū ducens ad ſequelā xpi ⁊ ꝑfectionē eſſentialē. Remanet ḡ cōcluſio vera ꝙ paupꝑtas exterior nō facit eſſentialiter ad ꝑfectiōem. Tertia cōcluſio eſt ꝙ paupertas exterior nō facit ad ꝑfectionē.ſicut inſtr̄m neceſſario reqͥſitū ad ꝑfectionē.q cū eiꝰ oppoſito poteſt ſtare perfectio. qō ꝓbat̄ ſic. Impoſſibile eſt hr̄e aliqͥd ſine eo qō ē neceſſariū ad ipm habendū. Si enī poſſit haberi ſine eo. iā; nō eſt neceſſariū ad ipm habendū. ſ; ſine paupꝑtate ſm̄ exteriorē effectū pōt haberi ꝑfectio eſſentialis.imo cum oppoſito eiꝰ.q cū multis diuitijs. vt patet exemplū; in abrahā ⁊ alijs multis in veteri ⁊ nouo teſtamēto. Ergo paupꝑtas exterior nō requirit̄ vt inſtr̄m neceſſariū ad ꝑfectioem eſſentialē. Joſeph etiā ab arimathia fuit diſcipulus xpi. vñ ⁊ ꝑfectꝰ ꝑfectione eſſentiali. Et tn̄ vt dicit̄ Math.xxvij.diues erat. Probat̄ etiā q ſtatus epoꝝ q̄ exigit ꝑfectionē ꝑſonalē que ꝯſiſtit in ꝟtutibꝫ.poteſt eē cū poſſeſſiōe diuitiaꝝ. Si ḡ expropꝛiatio tꝑaliū reqͥreret̄ vt inſtrumentū neceſſariū ad ꝑfectionē eſſentialē.ſeqͥret̄ ꝙ ipi etiā ſeculares clerici ꝓus nō poſſent habere propꝛia. qō eſt abſurdū. vt pꝫ.xij.q.j.manifeſta.⁊ in multiſ alijs capl'is. Quarta ꝯcluſio eſt. ꝙ paupꝑtas ſm̄ effectum exteriorē cū abdicatiōe omniū tꝑaliū ⁊ q̄ ad dominium ⁊ q̄ ad vſum.nō facit ad ꝑfectōem nobis in via poſſibilem. Et h̄ ꝓbatur faciliter ſic. Illud qō tollit vitā pn̄tem nō facit ad ꝑfectiōem nobis in via poſſibilē. Qui enim tollit ſubiectū.tollit accidēs. S; abdicare res temꝑales omes q̄ ad vſum ⁊ quo ad dominiū tollit vitā;. q non vtendo cibo ⁊ potu homo morit̄ demū. Et ſic corrupto ſubiecto ꝑfectionis in via qō eſt aīa in corꝑe exiſtēs.tollitur ⁊ accidēs eiꝰ.ſ.ꝑfectio in aīa in vita pn̄ti. Et iō nō eſt aliqͥs qui ꝑ qōcūq; votū poſſit ſe reddere nō capacē vſus in talibꝫ rebꝫ neceſſarijs ad vitā. Quinta ꝯcluſio eſt ꝙ paupꝑtas ſumpta ꝓ abdicatiōe omniū tꝑalium quantū ad ius ⁊ dñiū.vſu ſolo nudo retēto nō facit ad ꝑfectionē. Et hoc ꝓbatur faciliter ſic. Illud qō tollit ab aliqua re cōditionē licitā.⁊ ponit illicitā.nō facit ad ꝑfectiōem. h̄ de ſe patet.quia ex licito facere illicitū nō pertinet ad ꝑfectiōem.ſ; magis ad imꝑfectiōem. S; abdicare a ſe ius ⁊ dominiū in omī re ⁊ in eius vſu facit vſum illicitū. Hoc patet q oñſum eſt ſupꝛa. in rebꝫ q̄ vſu non ꝯſumunt̄ impoſſibile eſt ſeꝑare vſum licitū a iure vtēdi. Itē in rebꝫ que vſu cōſumunt̄ impoſſibile eſt eſſe vſum licitū ſine iure ⁊ dñio in re.ḡ cum multaꝝ taliū reꝝ vſus ſit hoī neceſſariꝰ in vita pn̄ti.ſequit̄ ꝙ abdicare oē dñium ⁊ ius in rebꝫ tꝑalibꝫ nō facit ad ꝑfectiōem. ſed magiſ ad oppoſitū. Sexta cōcluſio eſt ꝙ abdicare res tēporales in ꝓprio ſeu paupꝑtas ſm̄ exteriorē effectū facit ad ꝑfectiōem ſicut inſtr̄m valde accōmodū. Ad cuiꝰ euidentiā eſt ſciendū.ꝙ abundātia diuitiaꝝ maxime in ꝓprio nata eſt reducere ad tria.ſ.inordinatū amorē carū. Unde beatꝰ Augꝰ.dicit ꝙ terrena ardentiꝰ amant̄ adepta cōcupita. Secūdo ingerūt ſolicitudinē in ꝯſeruando ⁊ nō ꝑdendo. Tertio nate ſunt mouere ad ſuꝑbiam. quāto aūt qͥs magis afficit̄ vl' ſolicitat̄ ad terrena. vl' erigitur in ſuꝑbiā.tāto magis retrahit̄ ab affectu ⁊ ꝯtemplatiōe diuinoꝝ. S; tollere amorē inordinatū reꝝ ſolicitudinē ⁊ elationē facit inſtrumentū accōmodū valde.q remouet ꝓhibēs ꝑfectionē vel impediēs ꝓfectū ꝑfectōis ſicut remotio herbaꝝ nociuarū facit ſicut inſtrumentū; accōmodū ad ꝓfectū terreſcentiū.ḡ ⁊c̄. Iſta diffuſe declarat beatꝰ Tho ij.ij.q.clxxxvj.ar.iij. Et habes etiā ſupꝛa in.ij.c.hꝰ tituli. Et in.iij.ꝑte titu.de religioſis. Et iō alis omitto.

Diuitiaꝝ abundantia tria facit.

## Sextus articulus ē.§.XIII

Perfectio sub triplici genere

vtrū habere aliqua in cōi diminuat de ꝑfectōe. Et q ꝑfectio eſt ſub triplici genere.q eſt ꝑfectio ꝑſonalis.ꝑfectio regalis.⁊ ꝑfectio p̄ſidentialis. Iō ad pleniorē declarātiōem cōcluſiue dicit̄.ꝙ de nulla haꝝ ꝑfectionū diminuit nec de ꝑſonali nec de ꝑfectione religioſoꝝ.nec de ꝑfectione p̄latoꝝ. Et iſta oīa ꝓbant̄. Sciendū tamē ꝓbius ꝙ iſta queſtio nō habet locū in rebꝫ vſu ꝯſumptibilibus.q in illis rebꝫ vt oñſum eſt ſupꝛa.eſt impoſſibile ſeparare vſum a iure ⁊ ꝓprietate rei. Nec habet locū de iure in rebꝫ que vſu nō ꝯſumunt̄.q habere ius in rebus quaꝝ vſus ē ꝓ ſtatu vite pn̄tis neceſſariꝰ.⁊ ſine q̄ vſus nō poteſt eſſe licitꝰ nō diminuit de ꝑfectione poſſibili in vita pn̄ti. Reꝝ enī vſus eſt vite pn̄ti hoīm neceſſarius ita ꝙ ſine eis nō poteſt vita ſaluari.ḡ habere ius in talibus nō diminuit de ꝑfectione. De p̄ma ergo ꝑfectiōe.ſc; ꝑſonali loquēdo notāde ſunt tres ꝯcluſiones. Quaꝝ p̄ma eſt ꝙ habere aliqua in ꝓprio vel cōmuni nō neceſſario impedit ꝑfectionē ꝑſonalē. Et hec ꝯcluſio faciliter ꝓbatur ſic. Illud cū quo ſtat ⁊ ſtare poteſt ꝑfectio ꝑſonal' nō neceſſario impedit ꝑſonalē ꝑfectiōem. Et hoc patet q oppoſitū eius implicat ꝯtradictiōem. S; ꝑfectio ꝑſonalis ſtat ⁊ ſtare poteſt cū diuitijs in ꝓprio ⁊ in cōmuni. vt ſupꝛa oñſum eſt de abraā ⁊ ludouico rege ⁊ alijs.ḡ ⁊c̄. Secūda ꝯcluſio eſt iſta.habere in cōmuni neceſſaria ad vitā nō eſt natū diminuere de ꝑfectione ꝑſonali. Et hec ꝓbatur ſic. Qō nō eſt natū diminuere de altiſſima paupertate.imo ſtat cū ea nō eſt natū diminuere de ꝑfectōe ꝑſonali. Et hoc ſtatim patet.q nō ex alio habere tēporalia dicit̄ diminuere de ꝑfectione.niſi quia diminuit d' paupꝑtate. Sed habere in cōmuni neceſſaria non diminuit de altiſſima paupꝑtate.ſed ſtat cū ea.ꝓut expꝛeſſe Jo. in iſta ſua ꝯſtitutiōe allegās grego.ix.in decretali nimiſ p̄rauā.ex̄ de exceſ.p̄la.vbi dic̄. Fratres minores ⁊ p̄dicatores in altiſſima paupꝑtate dño famulari. S; ꝯſtat fratres p̄dicatores habere aliqua in cōmuni quo ad ꝓprietatem ⁊ dñium. Ergo hr̄e aliqua in cōmuni nō eſt natum diminuere de ꝑfectiōe ꝑſonali. Secūda rō idē. Qō nō eſt natū diminuere de ꝑfectiōe euāgelica.nō eſt natū diminuere de ꝑfectione. h̄ patet.quia euāgelica ꝑfectio eſt ꝑfectio excellētiſſima. Sed habere aliqua in cōmuni nō diminuit de ꝑfectiōe euāgelica.qō patet ex iſta ꝯſtitutione Jo.in qua allegat alexandrū.iiij.q̄ in cōdemnatione libelli editi ꝯtra ſtatū p̄dicatorum ⁊ minoꝝ.dicit fratres p̄dicatores ⁊ minores xp̄m pauperē imitari ⁊ ꝑfectiōes euangelicā amplexari. Sed cōſtat fratres predicatores habere aliqua in cōmuni mobilia ſm̄ coꝝ regulā ⁊ cōſtitutiones.ergo ⁊c̄. Poſſet etiā pꝛobari per hoc.quia habere aliqua in cōmuni nō eſt natū induci nimiū amorē ad tꝑalia.vel nimiā ſolicitudinē vel elationē.qō totū ꝑ

ratiões efficaces ꝓbat ſed cauſa breuitatꝭ omitto. Tertia ꝯcluſio eſt ꝙ habere aliqua tempalia in ꝓprio eſt natum aliqualr̄ impedire de pfectõne pſonali. licꝫ nõ ſemꝑ actu impediat. ꝛ hoc ſic ꝓbatur. Qḋ natū ē ingerere ſollicitudinē ꝛ amorē recuruū ad tēporalia ꝛ ad elatõem inducere natū ē diminuere de perfectõne. Sed habere tēpalia in ꝓprio natū eſt inducere ad hmõi amorem ſupfluum ꝛ ſollicitudinē ꝛ ſupbiā. vt oſtēſū ē s. i fi. pcedētꝭ arti. ḡ. ꝛc̄.

# Quantū ad ſecū- .§. XIIII.

dā pfectõem nūc ē videndū. ſ. ꝙ habere aliq̄ i cõi nõ diminuit de pfectõe ſtatus religioſoꝝ. vbi pmittēdū pus ꝙ cū paupertas vt oſtenſū eſt ſolū inſtrumētalr̄ nõ eēntialiter faciat ad pfectõem. ꝛ oīs ſtatus religioſus dicatur perfectus. qꝛ ordinat ad pfectõem acquirendā ꝛ ꝯſeruādā. nõ ex hoc debet dici aliq̄s pfectioꝛ altero. qꝛ hꝫ maiorē paupertatē q̄ꝫ alius. ſed dꝫ dici habere inſtrm̄ magꝭ accõmodū ad pfectõem. Et ideo ſicut fatue ſibi vſurparet excellētiā ſup alios artifices. artifex aliq̄s ex h̄ ꝙ hret melius inſtrumētū. puta martellū ad opandū. ita inaniter gloriaret̄ de maiori pfectõe religioſus ſup alios. ex hoc ꝙ haberet maiorē paupertatē. Sꝫ poſſet dicere ſe haber̄ magis accõmodū inſtrumētū ad pfectõem. Perfectioꝛ aūt ille eſt ſimplr̄ qui hꝫ maiorē charitatē nõ q̄ hꝫ maiorem paupertatē. Sicut ille pfectioꝛ faber q̄ fac̄ meliorē cultellū nõ q̄ haber melius martellū. Charitas enī nõ inflat. ait apl's. Et iõ nullus ſe debet alteri pferre exemplo Pauli apl'i. q̄ ſe abortiuū dicit ꝛ minimū apl'oꝝ. Sꝫ tn̄ ſtatus religioſoꝝ ille pfectioꝛ q̄ includit modū viuēdi importātem magis ea q̄ ꝓmouēt melius ad charitatē dei ꝛ proximi hn̄dā ꝛ ꝯſeruādā. Et qꝛ vt dcm̄ ē ſtatus religiõis eſt ordinatus ꝓpter pfectõem pſonalem. ideo fruſtra gloriat̄ de ſtatu q̄ nõ hꝫ maiorē pfectõem pſonalē. Et vtinā tales gloriatõnes ꝛ ꝑpoſitões inter religioſos ceſſarent. qꝛ multoꝝ maloꝝ ſūt cauſa. ſicut expientia docet. Circa iſtā ergo materiā ſcꝫ de pfectõe ſtatus religioſoꝝ ꝙ non diminuit̄ ꝑ hoc ꝙ habeātur tpalia i cõi. ponūtur tres cõcluſiões. q̄rū pma ē ꝙ habere tpalia i cõi inq̄ꝫtū ſūt neceſſaria fini ad quē religio eſt inſtituta. nõ diminuit de pfectõne vite debite illi religioni. Secūda ē ꝙ habere dominiū i rebꝫ tpalibꝫ neceſſariꝭ ad vitā nõ diminuit de ſtatu pfectõis religioſoꝝ. Tertia eſt ꝙ habere etiā dominiū i rebꝫ imobilibꝫ in cõi nõ diminuit de tali pfectõne.

Religioſorū ſtatus quis pfectioꝛ.

Ad euidētiā pme ꝯcluſiõis ſcꝫ ꝙ habere tpalia in cõmuni inq̄ꝫtū ſūt neceſſaria fini ad quē religio inſtituta ē nõ diminuit de pfectõne debita illi religiõi. Sciendū ꝙ diuerſe religiones ſūt ordinate ad diuerſos fines. q̄dam ad militandū ꝯ inimicos fidei. quedā ad hoſpitalitatē quedā ad opa vite actiue. quedā ad opa vite ꝯtemplatiue. Et ſm̄ diuerſos fines religiõis diuerſimode ſūt neceſſaria tpalia in religiõibꝫ. Uñ religio q̄ ordiat̄ ad hoſpitalitatē. vt religio ſancti Antoniꝫ. nõ ſolū indiget tpalibꝫ ꝓ ſuſtētatõe pfeſſoꝝ i illa. ſꝫ etiā ad h̄ vt poſſint hoſpitalitatē ſeruare. ꝛ hoſpites ſuſtētare. Et q̄ ad militiā ordiatur indiget tpalibꝫ. nõ ſolū ꝓ ſuſtentatõe ſed ꝓ eq̄s habēdis ꝛ armis. Nec poſſent tales religiões aſſeq̄ finē ſuuꝫ. niſi haberēt tpalia ꝛ in copia. Uñ tl'ibꝫ religioſis habere in cõi etiā multa tempalia nõ derogat pfectõi ſtatus. debite illi religioni. hoc ꝓbat̄ facilr̄ ſic. Habēs inſtrumētuꝫ ordinatū ad aliquē finē. q̄ꝫtomagis eſt illḋ accõmodū ad illū finē. tāto hn̄s illud minꝰ exorbitat ab illo fine ceteris paribꝫ ſicut patet in oībꝫ artibꝫ. Nā q̄ꝫto faber habet melius martellū tāto meliorē fac̄ cultellū ceteris paribꝫ. Et rõ ē. qꝛ cū inſtrm̄ q̄rat̄ ad finē q̄ꝫtomagis eſt ipm̄ accõmodū ad finē tāto melius opatur. ſic medicina tāto melioꝛ ē q̄ꝫtomagis opat̄ ad ſanitatē. Sed iſta tpalia ſūt inſtrumēta neccīa ad vitā pn̄tē ꝛ ad finē cuiuſlibet religionis. vt que ſūt neccīa fini alicuiꝰ religiõis ſūt accõmoda illi fini. Et intātū accõmoda ꝙ ex q̄ neccīa ſine ill' nõ pt̄ finis ille hr̄i. nõ ḡ derogat pfectiõi religiõis hr̄e tpalia i cõmū.

Secūda ꝯcluſio eſt q̄ ē difficilioꝛ ꝙ habere tpalia in cõi. inq̄ꝫtū ſūt neccīa ad vitā. non diminuit de pfectõe religiõis. ita ꝙ religio nõ hn̄s niſi vſū in aliq̄bꝫ rebꝫ nõ ē pfectioꝛ religiõe hn̄te i ill' rebꝫ dominū i cõi. Et ad hāc cõcl'onē ꝓbandā deberet ſufficere autoritas pape ꝛ Romāe eccl'ie i iſta ꝯſtõe ꝛ illa. Ad ꝯditorē. In hac eīm ꝯſtõe qꝛ ita q̄rūdā vt dic̄. Nec h̄ ſcꝫ hr̄e in cõi etiā q̄ ad ꝓprietatē aliq̄lr̄ derogat. iuxta dcm̄ Gre. ix. altiſſime paupertati. Qui ſcꝫ Grego. dic̄ i illa decretali. de exceſ. pla. Frēs pdicatores ꝛ minores i altiſſima paupertate famulari chriſto paupi. Et tn̄ ꝯſtat frēs pdicatores hr̄e aliq̄ i cõi. q̄ ad ꝓprietatē. q̄d eoꝝ regl'e ꝛ ſtatui nõ repugnat. Hec etiā Alexāder pdeceſſoꝛ nr̄ i ꝯdēnatõne libelli editi ꝯ ſtatū pdicatoꝝ ꝛ minoꝝ ſenſiſſe videt̄. in q̄ de dictis fratribꝫ q̄ ſequūtur ſic ait. Cū inſuꝑ idē fratres oīa ꝓpter deū reliquerīt auxilia. vite ſubſidia mēdicātes chriſtūq̄ꝫ imitent̄ paupem. euāgelicā pfectõem amplexādo ꝓpter quod euidēter apparet eos nõ ſolum eſſe in ſtatu ſaluandoꝝ ſed etiā perfectoꝝ. ꝛ per ſue religionis obſeruantiā que ipius quidē euāgelice perfectõis tenet formam etiā retributõis premio pcellērē gloriā promereri vbi expreſſe dicit fratres pdicatores chriſtū pauperꝫ imitari. ꝛ euāgelicā pfectõem amplecti. ꝛ eſſe in ſtatu pfectorū. ꝛ ꝙ eoꝝ religionis obſeruātia euāgelice pfectõnis tenet formā. Et ꝯſtat pdicatores habere poſſe aliqua i cõi q̄ etiā ad ꝓprietatē ſm̄ eoꝝ regulā. hec oīa in dicta ꝯſtitutõe. Ex quibus patet ſm̄ intentõem ꝛ autoritatē triū ſummoꝝ pontificū Gregoriꝫ. ix. Alexandri. iiij. ꝛ Johis xxij. ꝙ habere aliqua in cõmuni etiā q̄ ad ꝓprietatē n̄ derogat perfectõni. nec altiſſime paupertati. nec euangelice perfectioni. que eſt ſumma. quare patet concluſio. Et q̄ꝫuis cuilibet fideli deberent ſufficere dicte autoritates: tamē adducunt̄ ad hanc ꝯcluſionē ꝓbandā ꝛ alie autoritates. Prima ē autoritas Bede. ſr̄ illḋ Act. iiij. Erāt ill' oīa cõmunia. Dicit enī ſic. Qui ſic viuūt vt ſint eis oīa cõmunia in domo cõmuni Cenobite vocant̄. q̄ vita tāto felicioꝛ quāto ſtatū futuri ſcl'i perfectiꝰ imitāt̄. vbi cõmunia erūt oīa. qꝛ erit deus oīa in oībꝫ. Secūda eſt autoritas Jo. Caſſiani in Coll'. tractās idē verbū ſic ait. Habebāt apl'i triplicē vnitatē. quā debēt habere Cenobite. Unitatē affectõnis. qꝛ multitudinis credētiū erat coꝛ vnum ꝛ aīa vna. Unitatē habitatõnis. vt ptꝫ Act. ij. ꝛ iiij. Unitatē poſſeſſionis qꝛ erant illis oīa coīa. vita aūt apl'oꝝ fuit pfectiſſima. Tertia eſt beati Auguſ. i regula: Nõ dicatis aliquid ꝓpriū. ſed ſint vob oīa cõmunia. Sic eīm legitis in actibꝫ apoſtoloꝝ ꝙ erant ill' oīa ꝯmunia. Idē in li. de opere monachoꝝ. Si aliqui vrgeantur ex euāgelio vt nil reponāt in craſtinū Reſpondeant. Cur ergo dn̄s loculos habuit. vbi pecuniā collcām reponeret. Ex quo medio ꝓbationis hc. Auguſt. oſtēdit̄ ꝙ chriſtꝰ habuit aliqua in ꝯmūi non ſolū quo ad vſum ſed etiā quo ad ꝓprietatē ſeu dominiū. Quarta autoritas Baſiliꝫ dicētis in. iiij. c. ſue regule. Communionē vite perfectiſſime hāc ego voco. in qua quidē poſſeſſionū pulſa eſt proprietas. oīa aūt ꝯmunia. Quinta autoritas eſt Proſperi de vita contemplatiua. ꝛ habet̄. xij. q. j. Expedit facultates eccl'ie poſſidere. ꝛ ꝓprias perfectionis amore ꝯtemni. Et ponit exemplū ſancti Paulini epiſcopi. Probat̄ eadē ꝯcluſio ꝛ rationibꝫ pluribꝫ. Primo ſic. Ille ſtatus non eſt pfectioꝛ alio q̄ non ꝯtinet modū viuēdi magis ꝓmouentē ad pfectionē perſonalem acquirendam q̄ꝫ alius. patet hoc ſtatim. qꝛ ex hoc dicit̄ vnꝰ ſtatꝰ perfectioꝛ alio. vt dictū eſt ſupra. qꝛ ꝯtinet modū viuendi importantē melius ea que ꝓmouēt ad charitatē dei

ꝗ.ꝑximi.in qua conſiſtit perfectio pſonalis. Sed ſtatus
renunciantiū aliquibꝫ in cōmuni.ſ.quo ad dominiū.vt
ꝯtatoꝛijs.paramētis libꝛis.ꝛ hmōi.nō impoꝛtat moduꝫ
viuēdi magis ꝓmouentē ad pfectiōem pſonalē acq̄ren/
dam vel cōſeruandā q̄ꝫ ſtatus habentiū illa.talia etiam
quo ad dominiū vel ꝓꝑietatē.ſuppoſita in ceteris parili
tate. Nec ꝫ enī ingerit magis amoꝛē recuruū ad tempa/
lia aut ſolicitudinē aut elatiōnē. habere talia q̄ ad viuꝫ
ꝛ dominiū q̄ꝫ habere vſum ſolū dominio abdicato ꝛ ro
mane eccl'ie dimiſſo. Cū enī ſit in ꝯtinuo vſu taliū.ſ.do/
moꝝ.eccleſiaꝝ.libꝛoꝝ.oꝛnamentoꝝ eccleſie vaſoꝝ et hu/
iuſmodi.ꝛ ſunt quaſi certi q̄ habēt moleſtari in eis. nō
apparet quō ex hoc minꝰ amare talia ꝛ ſolicitari ꝛ eleua
ri. q̄ꝫ ſi haberēt etiā dominiū taliū reꝝ. Nā in vſu ꝯſum
ptibilibꝫ vt dictū eſt ſupra.neceſſe eſt dicere q̄ ipi mino
res habeāt nō ſolū vſum ſꝫ ꝛ dominiū.q2 cū vnum non
poſſit ſeparari ab alio in dictis rebꝫ.que vſu ꝯſumunt̄.vt
panis.vinū.ꝛ hmōi. Si nō haberēt dn̄ium in illū ſꝫ nu
dum vſum facti.tūc haberēt illicitū vſum.qđ repugnat
pfectiōi. Itē ꝓbat̄ idem alia rōne ſic. Nunq̄ꝫ fuit eccleſia
ſine ſtatu habēte euangelicā pfectiōem.ꝛ amplectētē xp̄i
ꝛ apoſtoloꝝ ſequelā. h̄ patꝫ q2 p̄ſumptio videt̄ ꝛ errone
um q̄ aliq̄ tp̄e eccl'ia deciderit a pfecta ſequela xp̄i ꝛ apo
ſtoloꝝ totaliter. Gregoꝛiꝰ etiā h̄ dicit tractās illō Cañ.j.
Paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſtoꝝ.id eſt. iux̄
pfectionē apl'oꝝ vt ipe exponit. Sꝫ a tp̄e Conſtantini ꝛ
beati ſilueſtri vſq̄ꝫ ad tp̄s beati Franciſci nō fuit aliq̄s
ſtatus in eccl'ia q̄ nō haberet aliqua in cōmuni.licꝫ renū
ciaret om̄i dominio in ꝓꝑio. Ergo h̄re in cōmuni nō di/
minuit de pfectiōe ſtatꝰ religioſoꝝ. Confirmat̄ h̄. quia
alias ſequeret̄ q̄ tota pfectio euāgelij eſſet in ſolo ſtatu
fratrū minoꝝ.ꝛ totū reſiduū eccl'ie cecidiſſet ab illa. qđ
nō videt̄ bene dictū. Ad idē tertio ꝓbatur. Si h̄re dn̄i/
um in talibꝫ que vſu nō cōſumunt̄.faceret ſtatū minus
pfectū.ꝛ ꝓfeſſoꝛes talis ſtatꝰ minus pfectos.tūc dominꝰ
papa retinēdo ſibi dominiū taliū reꝝ.put facit circa oꝛ
dinē minoꝝ.faceret ꝛ redderet ſe minꝰ perfectū.quod eſt
abſurdū dicere.cū quilibet in ſpiritualibꝫ debeat plꝰ ſe
diligere q̄ꝫ aliū.ꝛ p cōſequēs nō debet velle a perfectiōe
ſe elongare ꝓpter alioꝝ pfectionē agendā. Multe alie rō
nes inducunt̄.que ob breuitatē omittunt̄. Tertia con/
cluſio eſt q̄ habere dominiū in cōmuni in bonis īmobi
libꝫ.vt poſſeſſionibꝫ.domibꝫ.redditibꝫ.ꝛ hmōi. non di/
minuit de pfectione. Hoc ꝓbatur q̄druplici rōne. Pꝛio
ſic.qđ eccleſia ſtatuit vtiliter ꝛ ꝓ melioꝛi ꝛ pfectioꝛi . non
diminuit de pfectiōe. Hoc ſtatim patet.quia nullū lucrū
q̄ꝫ tūcūq̄ꝫ magnū poteſt dici vtile.p qđ recedit̄ a pfectōe
dicente xp̄o Math.xvj. Quid enī ꝓdeſt homini ſi lucre
tur vniuerſum mūdū.anime ꝟo ſue detrimentū patiat̄.
ꝛc̄. Detrimentū aūt anime eſt cadere ab angelica pfectō
ne. Sed eccl'ia que regit̄ a ſpiritu ſancto in his que ſta/
tuit circa ſequelā xp̄i ꝛ pfectionē vite.ꝓ melioꝛi ꝛ vtilioꝛi
oꝛdinauit ꝛ ſtatuit q̄ haberet poſſeſſiones in cōi.nō ſo/
lum p̄cia.vt olim iudea.ſed ꝛ p̄dia.ſicut dꝛ.xij.q.j.futu/
ram.ꝛ.c.vidētes. Ergo habere bona īmobilia in cōmuni
nō diminuit de pfectiōe. Ad idē. Illud ꝓ quo aliq̄s lau
datur.nō diminuit de pfectione. Sꝫ Cōſtantinꝰ impa/
toꝛ laudat̄ q̄ dedit licentiā p vniuerſum oꝛbē fabꝛican
di eccl'ias.ꝛ p̄dia eis ꝯſtituit tribuēda. ꝗ ꝛc̄. Tertio ꝓba
tur ſic. Qđ fecerūt viri pfectiſſimi ad cumulū pfectōnis
non diminuit de pfectiōe. Sꝫ viri pfectiſſimi tā diuina/
rum q̄ꝫ humanaꝝ lr̄aꝝ doctiſſimi poſſeſſiōes ꝓ eccleſia
acceperūt ꝛ ampliauerūt. Quinimo aliq̄ de ſuo p̄rimo/
nio vt beatꝰ Gregoꝛiꝰ.plures eccl'ias ꝛ monaſteria dota
uerunt.in quibꝫ ꝓ magna pfectiōe degere elegerūt. Er/
go dicere q̄ habere īmobilia in cōmuni diminuat de p/
fectione.abſurdū videt̄. Eſt enī h̄ dicere q̄ beatꝰ Silue/
ſter ꝛ alij ſanctiſſimi romani pōtifices.ꝛ ep̄i pfectiſſimi ꝛ
abbates. vt beatꝰ gregoꝛiꝰ.ambꝛoſiꝰ .hieronymꝰ.hylari
us.benedictꝰ.anthoniꝰ.martinꝰ.egidius.bernardus. et
ceteri innumerabiles ſancti abſq̄ꝫ pfectiōe euāgelica ꝛ ſe
quela xp̄i vixerint.q2 ipi om̄es in cōitate eccl'ie res īmo/
biles poſſederūt.xij.q.j.expedit. Quarto ſic ꝓbatur ſm̄
regulā generalē b. Augu.qn̄ obſcuritas eſt in ꝟbis euā/
gelicis.p̄cipue circa p̄cepta vel ꝯſilia ex quibꝫ dubium
oꝛit̄.recurrēdū eſt ad ſanctoꝝ obſeruantiā. ſ.quō illa ipi
ſancti ſeruauerūt. Et h̄ tenendū eſt qđ ipi ſeruauerunt.
Ergo vite pfectio intelligēda eſt ꝛ tenenda. ſm̄ q̄ ſancti
viri ꝛ pfectiſſimi verbo docuerūt eam.ꝛ facto tenuerunt
Sꝫ om̄es ſancti viri ꝛ pfectiſſimi a tp̄e ſilueſtri vſq̄ꝫ ad
tp̄s franciſci.ſic vite pfectōem ꝛ verbo docuerūt ꝛ facto
tenuerūt.q̄ bona īmobilia ꝛ mobilia habuerūt. Ergo ī
cōmuni habere īmobilia nō minuit de pfectiōe euāgeli/
ca. videt̄ enī mihi abſurdū dicere q̄ ſanctiſſimi q̄ ſua ꝓ/
pter pfectōꝫ habēdā relinq̄bāt in ꝓꝑio.ſi vidiſſent q̄ ha
bere in cōi eēt detrimētū pfectōis.q̄ in cōi cū alijs bona
poſſediſſent.ſꝫ ſic abdicauerūt ī ꝓꝑio ꝓpter pfectiōꝫ . ita
abdicaſſent ī cōi.qđ nullꝰ fec̄ an̄ btm̄ frāciſcū.

## Quantū ad tertiū .§.XV.

articulū p̄ncipalis huiꝰ q̄ſtionis. Hec eſt ꝯcluſio. q̄ h̄re
in cōi nō diminuit de pfectiōe ſtatꝰ p̄latoꝝ. īmo quod ē
foꝛtiꝰ nō h̄re derogat ſtatui p̄lationis.ꝛ p ꝯſequēs perfe
ctioni debite illi ſtatui. Hoc aūt faciliter ꝓbatur ſic. Illō
nō diminuit de pfectione ſtatꝰ p̄latiōis.qđ ipa p̄latio ex
igit ſm̄ ſuā rōem. h̄ patet.quia illud nō repugnat alicui
qđ ei cōuenit ſm̄ ſuā rōnem. Sꝫ apoſtolꝰ in duobꝫ loc̄
ſcripture.ſ.ad Thi.iij.ꝛ ad Thi.j.deſcribēs p̄latiōꝫ epi
ſcopalē.inter cetera dicit q̄ opoꝛtet ep̄m eſſe hoſpitalem
Impoſſibile eſt aūt eſſe hoſpitalē.niſi habeat bona ſal/
tem in cōmuni. Ergo habere in cōmuni nō diminuit de
pfectione ſtatꝰ p̄lationis. Secūdo ꝓbatur ſic. Illud non
derogat pfectioni ſtatui debite ad qđ obligat̄ ratiōe ſta
tus ſui. Sꝫ p̄latus obligat̄ ratiōe ſtatus ad paſcendum
gregē.nō ſolū verbo ꝛ exēplo.ſed etiā tp̄ali ſubſidio . qđ
fieri nō poſſet.ſi aliqua bona eccleſie nō haberet.quoꝝ p̄
latus diſpenſatoꝛ eſſet. Et ideo ſaluatoꝛ cōmittēs gregē
ſuū petro ꝛ ſucceſſoꝛibꝫ eius.ſignāter dixit.nō ſemel ſed
ter ei. Paſce oues meas. vel agnos meos. Joh. vlti.ad i/
nuendū q̄ p̄latus debet ſubditos paſcere verbo ꝛ exem
plo ꝛ tp̄ali ſubſidio. Tertio ſic. Habere illa ꝓ q̄bꝫ defen/
dendis p̄latus moꝛtē patiēs meret̄ aſcribi cathalogo ſā
ctoꝝ.nō diminuit de ſtatu pfectiōis.hoc quaſi patet de
ſe.quia nō aſcribit̄ in numero ſanctoꝝ niſi ꝓpter opa p/
fectionis.hoc quaſi patet de ſe.q2 nō aſcribit̄ in numero
ſanctoꝝ niſi ꝓpter opa pfectiōis.ſed p̄latus moꝛtē patiēſ
ꝓ defenſione facultatū eccl'ie meruit aſcribi cathalogo ſā
ctoꝝ.vt patet de ſancto Thoma cantuarienſi archiep̄o.
Ego habere bona īmobilia nō diminuit de ſtatu perfe/
ctionis p̄latoꝝ. Soluit exinde multa argumēta facta ī
ꝯtrariū. Sꝫ ſolū vnū pono in q̄ aduerſarij veritatiſ mlꝫ/
tum ſe fundant. Et eſt tale q̄ xp̄s fecit ꝯdeſcendendo in
firmis diminuit de pfectiōe.patet hoc. q2 aliter xp̄s nō
ſumpſiſſet pſonā infirmoꝝ in hoc. Sꝫ xp̄s in habendo
loculos ſeu aliqua in cōmuni.geſſit pſonā infirmoꝝ.qđ
patet ex decretali nicolai.iij. Exijt q̄ ſeminat. Et beatuſ
Augꝰ.ſup illud ꝓducēs ſenū iumētis. Et in li. d̄ ope mo
nachoꝝ dicit. Dn̄s noſter ih̄s xp̄s moꝛe ſue miſericoꝛdie
infirmioꝛibꝫ cōpatiēs.cū ei poſſent et angeli miſtrare.lo/
culos habere dignatꝰ eſt.ꝗ ꝛc̄. Et ꝯfirmat̄ idē auctoꝛita/
te beati Hiero.dicētis. Nudā crucē nudus ſequar. Sed
qui habet aliq̄d nō eſt nudus. Sed ad h̄ reſpondet ſub
tiliter ꝛ optime. Dicit enī notandū eſſe triplicē infirmita
tem ad ꝓpoſitū.ſ.infirmitatē carnis.infirmitatē ſcientie.

Argumētū ꝯ.licꝫ q̄ h̄re in cōi aliq̄ diminuit perfectionem

Triplex infirmitas

⁊ infirmitatē affectōis. Infirmitas carnis ē ſm quā cor-
pus mortale indiget cibo ⁊ potu. veſtimētis ⁊ hmōi. Et
iſto mō oīs hō ī hac vita mortali ē infirmus donec cor-
pus iſtud corruptibile induerit incorruptōem. de q̄ in-
firmitate apl̓s ad Thimo. ait. Modico vino vtere ꝓpter
ſtomachū tuū ⁊ freq̄uētes tuas infirmitates. Et Mat.
xxvj. Sp̄us ꝓmptus eſt. caro aūt infirma. Tal' infirmi-
tas nō eſt ꝑfectōis mentis ſed ſtat cū omīmoda mentis
perfectōne in p̄ſenti poſſibili. Hanc chriſtus aſſumpſit
cū defectus corꝑales accepit. ſ. famem. ſitim. frigus. ⁊ hu-
iuſmōi. Quia ergo chriſtꝰ verus erat d̄s ⁊ verus homo.
inq̄ʒtū d̄s habebāt ſibi angeli miniſtrare nec loculis īdi-
gebat ſicut nec cibo nec potu. Sed inq̄ʒtū hō ſm carneʒ
erat infirmus indigens cibo ⁊ alimēto ſicut alij homīes
⁊ ꝑ ꝯſequēs indiguit pecunia ⁊ locul'. quib; mediantib;
neceſſaria emerent'. Et d̄ iſta infirmitate carnis q̄ ſtat cū
ſumma ꝑfectōne mētis pōt intelligi dcm̄ b. Aug. ⁊ decre-
tal'. Exij. In hoc enī ꝑſonam infirmoꝝ geſſit ⁊ infirmis
ꝯdeſcēdit ꝙ infirmitatē carnis aſſumpſit. ⁊ ꝑ ꝯſequens
neceſſarijs ad vitā eguit ⁊ loculis egere ſe oſtēdit. Et cer-
te illa videt' eſſe intētio b. Augꝰ. Uult enī dicere ꝙ ille q̄
deus erat. ⁊ dn̄s oīm. poterat abſq; quacūq; ꝓuiſione ſi-
bi de neceſſarijs quādocūq; ⁊ quocūq; tp̄e ꝓuidere. cuʒ
ei angeli miniſtrarēt. tamē vt eādē infirmitatē carnis ha-
bentib; exēplū daret ꝙ nō erat cōtra ꝑfectōem. ꝓ carnis
infirmitate ſuꝑportanda cibis ⁊ neceſſarijs vti. ⁊ loculos
habere. ideo ī habēdo loculos infirmis ꝯdeſcendit. q̄ꝛ vt
dicit apl̓s ad Hebre. ij. Licet eſſet deus. decuit ꝑ omnia
frīb; ſimulari. ⁊ ꝑ om̄ia miſericors fieri. Habēdo ḡ loclo̓s
geſſit ꝑſonā infirmoꝝ. nō infirmoꝝ infirmitate ſtatus i.
in ꝑfectōe vt iſti arguūt. ſʒ īfirmoꝝ īfirmitate carnis. Se-
cūda infirmitas ē ſciētie. de q̄ ait apl̓s. j. ad Coꝝ. viij. Cō-
ſciētia eoꝝ cū ſit infirma polluit'. Et ad Rom̄. xv. Infir-
mū in fide ſuſcipite. Hec infirmitas ꝯſiſtit in hoc ꝙ ali-
quis ex ignorātia vl' ex neſcientia credit aliq̄d malū eſſe.
q̄d tamē nō eſt ſicut aliqui tūc tp̄ib; credebāt eſſe pecca-
tū cōedere īmolatū idolis. q̄d de ſe nō eſt. niſi cū fiebat ī
veneratōem idoli. Et hac infirmitate laborabant ꝙ reſ-
uare in craſtinū eſſet ꝯtra p̄ceptum dn̄i. Et de iſta etiaʒ
infirmitate pōt intelligi dictū b. Auguſ. ⁊ decretal' Exij.
ſcʒ ꝙ dn̄s ꝯdeſcendens vl' compatiēs infirmis loclo̓s hr̄e
dignatꝰ ē. Chriſtꝰ enī q̄ venit curare vulnera nr̄a. p̄cipue
mētis. ne aliq̄ in futurū poſſent ſcādalizari. credētes ꝙ eſ-
ſet iꝑfectōis vl' minoris ꝑfectōis. ſi ſeruos dei viderēt lo-
culos habere. ⁊ de illis in cōmuni viuere. ipē loculos ha-
bere voluit. vt eſſet alijs in exemplū. ꝙ abſq; quocunq;
impedimēto vl' diminutōe ꝑfectōnis loculi cōmunes ha-
beri poterāt ad vite neceſſitatē. nō ad ſuperfluitateʒ. Et
ꝙ ꝓpter tale exemplū hoc fecerit dn̄s. dicit btūs Auguſ.
⁊ habet'. xij. q. j. ſic. Exemplū dn̄i accipite ꝯuerſantes in

Quare chriſtꝰ loculos voluit habē

terra. Quare loculos habuit cui angeli miniſtrabāt. ni-
ſi q̄ꝛ eccl̓ia loclo̓s habitura erat. Hoc etiā expreſſius dicit
in li. de ſermōe dn̄i in mōte. Tertia infirmitas ē infirmi-
tas affectōnis. ⁊ hec duplex. Una qua quis ſic infirmat'
ſm affectū ꝙ a deo auertitur. q̄ infirmitas ē ad mortem
ꝑ culpā mortalē. De q̄ apl̓s ad Rom̄. v. Cū infirmi eſſe-
mus xp̄s ꝓ nobis mortuꝰ eſt. Quia ergo xp̄s ſciebat ali-
quos futuros in eccl̓ia q̄ obſtinata malicia dicerēt. ꝙ vi-
ris ꝑfectōem euāgelicā ſeruātib; aliquid ſeruare ī craſti-
nū erat ꝯtra dei p̄ceptū. ideo chriſtus his infirmis ꝯde-
ſcendēs vt eos a ſua malicia reuocaret facto ſuo ⁊ exem-
plo voluit habere loculos. vt iā iſti blaſphemi ꝯ eccl̓iaʒ
loqui nō poſſent cū viderēt eū loclo̓s habere. Secūda in-
firmitas affectōis eſt q̄ꝛ aliqui nō auerſi a deo ꝑ culpam
mortalē. tamē detenti circa amorē tp̄aliū impediūtur a
ſequela chriſti ꝑ ſemitā cōſilioꝝ. licet nō exeāt viā māda-
toꝝ. de q̄ pōt intelligi illud apl̓i ad Rom̄. xv. Debemus
nos q̄ firmiores ſumus imbecillitatē infirmoꝝ ſuſtinere.
Et ī habendo loculos chriſtus his infirmis ꝯdeſcendit
in duob; Primo q̄ꝛ cū chriſtꝰ loculos haberet nō ad ſuꝑ-
fluitatē. ſed ad ſui ⁊ alioꝝ neceſſitatē egendoꝝ. vt beatuſ
Augꝰ. dicit. exemplū dedit talib; infirmis. ne ad tēpo-
ralia afficerent' ad ſuꝑfluitatē. ſed ſolū ad neceſſitateʒ ea
quererēt. Secūdo q̄ꝛ chriſtus habuit loclo̓s ī cōmuni. nō
in ꝓprio. vt ḡ talib; infirmis condeſcendat. ex his q̄tuor
mōis expoſitōis p̄mus videt' mihi magis eſſe de inten-
tiōe b. aug. Quocūq; aūt mō exponat'. de predictis pa-
tet. ꝙ chriſtus nō fecit opus imꝑfectōnis ī hn̄do loclo̓s
immo videt' mihi verbuʒ valde blaſphemium dicere ꝙ
chriſtus in aliquo facto ſuo fecit opus imperfectōis cu-
ius om̄is actō noſtra eſt inſtructio. Ad autoritatē ꝯ his
de ſequēdo chriſtū nudū. reſpōdetur ꝑ id q̄d ait ipē be-

Quid ſit nudū crucem ſequi

atus Hieronimꝰ ad Nepocianū. ſcʒ ꝙ ille nudus chriſtū
nudū ſequit' ⁊ crucē. q̄ om̄ia ſua aut pauꝑib; diſtribuēſ
aut parentib; relinquēs. aut facultatib; eccl̓ie adiūgēs.
ad facultates eccleſie que ſūt bona cōmunia viuit de eis
⁊ de altaris oblatōnib; ſuſtentat'. ⁊ talē nuditatē ipē ſer-
uauit. quare habere ī cōmuni aliqua nō diminuit de ꝑ-
fectōne ꝑſonali nec de ꝑfectōne ſtatus religioſoꝝ nec p̄e-
latoꝝ. Ex predictis etiā pōt patere error fraticelloꝝ. qui
habet' in. vij. c. libelli hereticalis eoꝝ vbi dicūt ꝙ litigare
in iudicio diminuit de ꝑfectōne euāgelica. Et q̄ꝛ Io. xxij
determinauit ꝯriū dicūt eū hereticū. quia vt aiūt ꝯtra-
dicit ſcp̄ture ſacre dicēte domīo. Qui vult tecū ī iudicio
cōtendere. ⁊ tunicaʒ tuā tollere. dimitte ei ⁊ palliū. Ma-
thei. v. Et ſic videt' fieri ꝯtra doctrinā euāgelicā litigare.
ignem coniungi ſpiritui. Hanc aūt ꝯiunctionē diuerſi diuerſimode ponūt. Quidā ei ponūt ſolū vt obiecti ad potentiā cuiꝰ eſt obiectū. Dicūt em̄ ꝙ affligunt̄ ignē vidēdo. Unde. b. Greg. In eo ardent dū ardorē ſuum vident. q2 nō viſibile per ſe affligit ſed p̱ accidēs. inq̄tuꝫ apprehendit̄ vt nociuū. oportet vt ſpūs app̄hendat illū ignē vt nociuū. ⁊ h̄ concedūt dicentes. ꝙ ſpūs app̄hendit illū ignē vt nociuū. ⁊ ſic affligit̄. q̄uis nō poſſit ille ignis ex ſe nocere. ſicut puer gladiū pictū apprehendit vt nociuū. Sꝫ hec affligitio nō eſſet ſm̄ rei veritatē. ſꝫ ſm̄ apparentiā. nec ꝓpter hoc dicerent̄ pati ab igne ſed ab ignis imaginatōe. Nec eſt veriſimile ſic errare demones. vt putent falſo ignē illū ſibi nociuū inexꝑtum. maxime cū nouerint optime naturā ⁊ ꝟtutem oīm reꝝ corporaliū. Alij ponūt ꝯiunctōem illā per modū locati ad locū. Habet em̄ corpus naturalr̄ vt diffinitiue ꝯtineat ſpm̄. ſed ꝙ retineat inuitū. hoc habet ignis ille ex diuīa iuſticia. Unde q2 impedit ſpm̄ a faciendo q̄d vult. ⁊ cū do quo vult affligit ip̄m. ſed hec ratio nō vr̄ ſufficē. q2 tēque bene poſſꝫ dici ſpūs torqueri a terra ſicut ab igne. Preterea nūc demones nō tenent̄ in vno loco. ſꝫ ꝑ ubicꝫ diſcurrūt p̱ totū mundū. Alij ponūt illā ꝯiunctionē vt inſtrumēti ad materiā in quā agit. Nā q̄uis ignis ille vt corpus quoddā naturale eſt. non poſſit agere in ſpm̄. agit tn̄ vt inſtr̄m diuine iuſticie tanq̄ʒ manu diuina mouente ip̄m. ſed cum inſtr̄m ſemp̱ ꝓpriā ꝟtutem habeat per quā agit ab altero motū. qualr̄ agit inſtrumētaliter ignis ille in ſpm̄. Dicendū ad h̄ ꝙ corpus aliquid dupliciter agit. aut actiōe materiali imp̄mendo ſpecieꝫ ſui in alterū. Aut actiōe ſpūali ſcꝫ imutando. Aliter eni agit in oculū ignis oculo admotus ſcꝫ califacīēdo oculū. aliter remotus ſcꝫ ip̄m imutando. Primo modo nō agit ignis in ſpm̄. ſꝫ ſc̄do modo. vn̄ per ſpēm quā vt inſtrumentū diuinū in ſpm̄ imprimit immediate affligit ip̄m ſic p̱ ſpēm mediāte corp̱e imp̄ſſam affligebat inq̄ʒtum eſt nature agentꝭ inſtr̄m. ⁊ ml̄to fortius ꝓpter maiorē potentiā agentꝭ ſenſibilitatē patiētis. et ꝯiunctiōis immediatiorē modū. Si in ꝯ̄rium arguat̄ ſic. Spiritꝰ ab igne aut patit̄ ſoluꝫ videndo. aut etiā ſentiendo. Si videndo ſolū. g̃ nō affligit̄. q2 viſio rei valentis nocere nō affligit. Si ꝟo ſentiendo. aut g̃ mediāte ſpē ſenſibili. aut imaginabili. aut intelligibili. nō ſenſibili. q2 non hꝫ organū receptibile hm̄oi ſpēꝝ ſpūs ſeu anima. Nō imaginabili ſpecie. q2 nō habet imaginatiōis vſum nec organū. Nō ab intelligibili. Illa em̄ ſpecie perfic̄. Nō affligit intellectū. ⁊ indifferenter ſe habet ad quēlibet ignē. Et ſic videt̄ ꝙ nullo mō ſpūs poſſit pati ab igne. Rn̄det petrus ibidē. ꝙ ſpūs patit̄ vtiq̄ʒ nō ſolū videndo ſꝫ etiā ſentiendo nō p̱ ſenſum corp̱alē mediāte ſpē corp̱ali. ſed per ſenſum ſpūalē mediāte ſpecie intelligibili. q̄ tam ex eo ꝙ nō eſt voluntarie accepta ſed violent̄ imp̄ſſa accipit̄ vt diſcōuenies. q2 ēt n̄ abſtrahit̄ ſꝫ imp̄mit̄. ſꝫ accipit̄ vt p̱ticularis nō vt vniuerſal̄. Et p̱ hūc modū mediāte ſpecie ſpūs ab igne corp̱ali viſo affligit̄. nō ſic pueri anima a gladio viſo in pariete. ſed anima vulnerati a vulnerante gladio. qui gladius agit in aīam nō tn̄ vt obiectū. ſed vt inſtrumentū. p̱ mediū tn̄ nō immediate. Ad obiecta etiā in p̄ncipio rn̄det petrus. Q̄d em̄ dicit augꝰ ꝙ agens eſt nobiliꝰ patiente. hoc eſt verū de agēte principali. nō de agente inſtrumētali. vt eſt ignis ille inferni quo ad ſpm̄. Uel dicendū ꝙ agens eſt nobilius patiente ſm̄ quid. nō ſimplicit̄. Ferrū em̄ nō eſt nobiliꝰ corp̱e hūano ſimpl̄r. ſed ſm̄ quid. inq̄ʒtū corpꝰ hūanū eſt molle. ⁊ illud durū. Ad illud aliud q̄d d2 Boe. rn̄det̄ ꝙ eſt verū de actōe ⁊ paſſiōe naturali. nō de ſup̱naturali. vt hic. Ad aliud de ꝯtactu. rn̄det̄ ꝙ duplex eſt ꝯtactꝰ ſcꝫ corp̱alis. ⁊ hic nō pōt eſſe inter corpus ⁊ ſpm̄. Et cōtactus ſpūalis quo ſcꝫ corpus pt̄ ꝯtingere ſpm̄ ⁊ econuerſo ſm̄ vltimā q̄ʒtitatis ꝟtutē nō mobilis. ſic itelligētia ꝯtingit corpꝰ q̄d mouet. ⁊ aīa corpꝰ ꝓpriū. De h̄ ſcꝫ quō ignis affligat aīas i iferno vl̄ purgatorio. hēs pleniꝰ in. iij. p̱te i ti. de purgādis in purgatorio. ibi vide.

## Ultra iſtam penaꝫ. §. VIII.

*Sūt ⁊ alie miſerie dānatoꝝ*

ignis habebit. ⁊ habet aīa in inferno alias multas penas. ꝓut notat̄ in li. d̄ ſeptē donis. Nā erit in aīa p̱turbatio timoris indeficiētis. In p̄nti vita (vt ait Gre) dū pena infligit̄. timor quieſcit. apud inferos pene inflictō eſt timoris augmētatio. Un̄ de q̄libet dānato pt̄ intelligi illud Job. xv. Sonitꝰ terroꝝ ſemp̱ in auribꝫ eius nō credit ꝙ poſſit reuerti de tenebris ad lucē. circūſpectans vndiq̄ʒ ad gladiū. ⁊ poſt h̄ terrebit eū tribulatio ⁊ anguſtia. Et cū hēant omnia mala. ſemp̱ timebunt ⁊ expectabunt peiora. Sap. xvij. Diſperſi ſūt pauētes horrende. Tertia infelicitas anīe eſt ꝯfuſio ineuitabil̄ doloris. q̄a nudabunt̄ ⁊ manifeſtabunt̄ oēs turpitudines ⁊ ſcelera maloꝝ in finali iudicio oībus hoībꝫ bonis ⁊ malis ⁊ angelis ⁊ demonibꝫ. Un̄ dn̄s Naum. iij. Reuelabo pudēda tua in ꝯſpectu oīm nationū. ⁊ manifeſtabo gentibꝰ ignominiā tuā ⁊c̄. O q̄nta ꝯfuſio ⁊ verecundia erit illa r p̱robis cū videbūt ⁊ ſciant oīa ſua ſcelera turpiſſima oībus nota. Tantā penā hn̄t aliq̄. ꝙ ſcelera ſua turpia ſciant̄ p̱ ip̄m. a ꝯfeſſore q̄ eſt p̄uata perſona. ⁊ nil pt̄ alteri dicere. ꝙ potius voluit ad inferna deſcendere. q̄ʒ cōfuſionē illā pati. Quid g̃ faciet. quantāq̄ʒ penā habebit cū ab hoībus omnibꝫ ſcient̄. Et ideo ſi q̄s vult ꝯfuſionē illā vitare ꝯfiteat̄ ea. ⁊ ꝓponat ſe emēdare. ⁊ tal̄ cōfuſionē nō patiet̄. Quarta miſeria eſt infeſtatio conſcientie remordentꝭ. Sap. iiij. Uenient in cogitatōem peccōꝝ ſuoꝝ timidi. ⁊ traducent eos ex aduerſo iniq̄tates eoꝝ. Hic eſt ille vermis. ſ. remorſus conſciē. ſm̄ b. aug. d̄ quo d2 Eſa. vlt. Uermis eoꝝ nō morit̄. ⁊ ignis eoꝝ nō extinguet̄. Et Judith. xvi. Dabis ſcꝫ tu dn̄e ignē ⁊ vermē i carnē eoꝝ. vt vrant̄ ſemp̱. Uermē ꝯſciē remordentis in carnē. i. p̱ pctīs carnaliū voluptatū. Sic em̄ ſi alicui p̱poneret̄ certitudinal̄r aliq̄d maximū bonū tp̱ale adipiſcendū. puta ꝯſecutōem alicuiꝰ regni pleni oībus delitijs. diuitijs. ⁊ q̄ete. dūmodo ⁊ ſi in breui tp̱e prius vellet aliq̄s labores ſuſtinere. ⁊ ab aliq̄bꝫ delectationibꝫ abſtinere. ⁊ ille de hoc nō curaret. ſed potiꝰ ſeq̄ vellet appetitus ſuos illicitos. nec tolerare illos labores ſibi ꝓpoſitos. ꝓpter q̄d p̄uaret̄ talis adeptōe tanti boni ſibi p̱parati. q̄nimo detruderet̄ in viliſſimū carcerē plenū ꝟminibus ⁊ omni miſeria. q̄n ille ſe ibi inueniret. ⁊ ſemp̱ detinendū ſe ibi intelligeret. o q̄ʒtum remorſum haberet de ſua negligentia ⁊ ſtulticia. ꝙ tantū bonū q̄d poterat de facili obtinere amiſiſſet. ꝯtinue tal̄ remorſuꝫ ſentiret cū maximo ſui dolore. Quinta infelicitas eſt tabefactio inuidie ⁊ liuoris. Sap. ij. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terraꝝ. imitant̄ illū q̄ ſunt ex parte illiꝰ. Totaliter aūt ſunt ex parte ip̄ius dānati. Nā viuentes in mūdo inuidie dediti. ⁊ ſi ſint aliq̄ modo de p̱te diaboli. duꝫ inuidia detinent̄. tn̄ per p̄niam p̄nt exire de manibꝫ eiꝰ ſed nō dānati. Inuident g̃ illi miſeri glie beatoꝝ. quā i generali intelligūt. etiā ſi fuerint amici ⁊ ꝯſanguinei in mūdo. Et tāta eſt p̱uerſitas eoꝝ. ꝙ vellent oēs ſecū eſſe dānatos. Iſte zelus inuidie finē nō habet. p̱manens iugiter ſine fine. vt dicit glo. ſup̱ ep̄l'am ad Corin. Et q̄nto ille cui inuidet̄ ſucceſſu maiori ꝑficit tāto maioris liuoris incendio inuidus inardeſcit. Huic vultus minax. toruus aſpectus. palor in facie. tremor in labijs. ſtridor in dentibꝫ. verba rabida. effrenata ꝯuiuia. manꝰ ad violētiam prompta. que ſi interim gladio vacet. odio tn̄ furibunde mētis armata eſt. Ex his ſignis q̄ apparēt i cor

*De ꝟme cōſcie in dānatꝭ*

*De inuidia ⁊ liuore i dānatis.*

*Quomodo aīa poſſit puniri cū ſit ſpiritus. no. h̄ de quo latiꝰ d. i. p. ti. ij. c. iij. §. i.*

poꝛ inuidi. oſtendit rabies ꝛ magna paſſio mentis. vñ
ꝛ Job. in Apoc. dicit de eis. ꝙ p̄ dolore ꝯmanducauerũt
linguas ſuas. ꝛ blaſphemauerũt deũ viuentẽ in ſecl'a ſe
culoꝝ. qui habet poteſtatẽ ſup̱ has plagas. ſ. ad affligẽ-
dum eos. Etꝙ diues epulo ſepultus ĩ inferno petĳt ab
abꝛaam. vt dimitteret lazarus moꝛtu⁹ ad fratres ſuos
quos in mũdo reliquerat ad inducendũ eos ad pn̄iam
ne irent ſicut ꝛ ipe ad infernũ. nõ h̔ fecit ex caritate. que
nulla eſt in dãnatis. ſed ꝓpter amoꝛẽ ꝓpꝛiũ. ne ſcꝫ illi fr̄eſ
abutẽtes diuitĳs quas eis dimiſerat diues ad infernũ
eũ ſequerent. ꝛ exinde ipe magis toꝛq̄ret ex occaſiõe ma
li dati illiſ. Sexta eſt excecatio ſeu obfuſcatio rõis. Vñ
Sap. ĳ. dꝛ. Malicia excecauit eos. ꝛ Sophonie. j. Tri
bulabo eos. ꝛ ambulabũt vt ceci. quia dño peccauerunt
Jta em̃ excecati ſunt. vt extimẽt deũ iniuſtũ in punitõe
coꝝ. ꝛ odiant eum. nec dolent de peccatis ꝯmiſſis inq̃ꝫ
tum offenſa dei. ſed qꝛ inde cruciant. ꝛ ideo infructuoſa
coꝝ pn̄ia. Et in mũdo q̇dem illi q̇ habuerũt aliquã ſciẽ
tiam vel artem. delectatõem hñt nõ modicã in ſpeculã-
do veritates talis ſcientie. ꝛ tanto magis q̄nto de altio-
ribus fuerit illa veritas vel ſcientia. Egreſſe aũt aĩe ta-
liũ ſapientũ hui⁹ ſeculi de mũdo. ſciam hic acq̇ſitã ſecũ
ꝯferũt. nec eã obliuiſcunt. ſed nullã delectatõem vel re-
frigeriũ recipiũt de tali ſcia penis abſoꝛti. ſꝫ augmentũ
doloꝛis. qꝛ ꝯſiderant ꝙ ſi recte vixiſſent coꝝ ſcia in alia
vita fuiſſet in eis perfecta in deũ videndo. Et qꝛ quãto
magis noticiã habuerũt in mũdo agendoꝝ tanto g̃ui⁹
puniunt. vt grauius peccãtes. Nõ g̃ prodeſt platõi. ari
ſtoteli. anaxagoꝛe. pithagoꝛe. ſocrati. tullio. demoſtheni
virgilio. homero. ꝛ alĳs p̄his ꝛ poetis. ac rhetoꝛibꝫ coꝝ
ſcientia ꝛ eloq̄ntia in inferno. De his em̃ dic̄ Hiery. illõ
intelligi qḋ ait ſalomõ Eccĩ. x. Laboꝛ ſtultoꝝꝫ affliget
eos q̇ neſciunt in vꝛbem pergere. Et qꝛ nõ habuerũt ſa-
pientiã perierunt ꝓpter ſuã inſipiẽtiã. vt dꝛ Baruch. iĳ
nõ habẽtes fidem ſed maximã ſup̱biam. Septima in
felicitas eſt memoꝛia p̄teritaꝝ delectationũ ꝛ earũ defe
ctus. Vñ dictũ fuit diuiti in inferno poſito. Fili recoꝛ-
dare quia recepiſti bona in vita tua Luce. xvi. q̄ſi dicat
Defecerunt tibi omnia illa q̄ bona ꝛ maxima bona pu
tabas ꝛ amabas. Quãto aũt q̇s magis aliq̇d amat et
illud conſequi nõ põt. tanto magis affligit. Pš. lxviĳ.
Cũ interierit nõ ſumet om̄ia. i. nihil ex eiſ q̄ hic amabat
ꝛ in eis delectabat. neqꝫ deſcendet cũ eo gloꝛia ei⁹. Vñ
vt dicit ſapiẽs. Videntes. ſ. ipi q̇ ſunt in inferno felici-
tatẽ ſanctoꝝ ꝛ defectũ in ſe oĩm bonoꝝ q̄ hic dilexerunt
turbabunt timoꝛe inſperate ſalutis intra ſe pn̄iam agẽ
tes ꝛ p̄ anguſtia ſpũs gemẽtes ꝛ dicentes. ſ. de beatis.
Hi ſunt quos aliq̄n habuim⁹ in deriſum ꝛ in ſimilitu-
dinẽ impꝛoperĳ. Nos inſenſati vitã illoꝝ eſtimabam⁹
inſaniã ꝛ finẽ illoꝝ ſine honoꝛe. Ecce quõ ꝯputati ſunt
inter filios dei. ꝛ inter ſanctos ſoꝛs illoꝝ eſt. Quid nob
ꝓfuit ſup̱bia noſtra ꝛ iactantia diuitiaꝝ. Tranſierũt ve
lut vmbꝛa oĩa. Ergo errauim⁹ a via v̄itatꝭ. ꝛ ſol iuſticie
nõ illuxit nob ꝛc̃. Talia dixerũt in inferno.

*Margin:* De excecatõe rõis ĩ dãnatis.

*Margin:* Dãnati recordabũt p̄teritarũ delectationũ ꝛ earũ defectus.

## De qualitate et con. §. IX.

ditione toꝛtoꝝ in inferno. i. demonũ. Dicit. b. Gre. quos
habuerũt. ſ. repꝛobi incentoꝛes in culpa. habebũt toꝛto-
res in pena. Vñ Hiere. v. c. Seruietis dĳs alienis. i. de-
monibꝫ alienis ab om̄i miſericoꝛdia. qui nõ dabũt vob
requiem. Septẽ aũt ſunt ꝯditiones demonũ ꝓpter q̄s ſũt
timendi. de q̇bus in li. de ſeptem donis. Primũ ẽ eo-
rũ hoꝛribilitas ꝛ defoꝛmitas. Job. xx. Venient ſup̱ eos
ſcꝫ repꝛobos hoꝛribiles. id eſt demones. Sap. xi. potens
eras tu deus immittere multitudinẽ irriſoꝝ. aut audaces
ces leones. aut noui generis ira plena beſtĳs ꝛc̃. Et pau
lo poſt quaꝝ nõ ſolũ leſura poterat eos exterminare. ſꝫ
etiã aſpectus per timoꝛẽ occidere. Vñ ad oſtendendũ
hoꝛribilitatem ipoꝝ demonũ. qñ. b. Bartholome⁹ apo
ſtolus. vt ſcribit in eius legenda. voluit oſtendere illis
indis quibus p̄dicabat hoꝛroꝛẽ ſeu aſpectũ hoꝛribilem
ipſius demonis. ꝓus monuit. vt ſignũ crucis ſibi in frõ
te facerent. ne ex timoꝛe ꝛ hoꝛroꝛe aſpectuſ eius infirma
rent. Quo facto viderunt oẽs demonẽ ꝛ ingentem vt
mauꝝ fuligine nigrioꝛem facie acuta. barba pꝛolixa. cri-
nibus vſqꝫ ad pedes pꝛotenſis. de oculis ſcintillaſ igne
as emittentem. ex oꝛe ꝛ naribus ignem ſulphureũ. vin-
ctis retro manibꝫ. Jn legenda quoqꝫ beati Sebaſtiani
aiebat ipe in ſua exhoꝛtatione. Peccatoꝛ a moꝛte perpe
tua capietur. ꝛ tenebit in qua eſt ignis. flamma perſeue
rans. tribulatio et pena ꝑpetua. Hinc atroces angeli. ſ.
demones commoꝛantur. quoꝝ bꝛachia capita draco-
num ſunt. quoꝝ dentes ſicut elephantis pꝛeeminent et
ſtimulant ad toꝛmenta vt caudam ſcoꝛpionũ. quoꝝ vo
ces vt fremitus leonis ſonant. quoꝛũ aſpectus doloꝛem
et timoꝛẽ inducit et moꝛtem. ꝛ ad hoc ibi viuit vt vita
cruciatibꝫ exponatur. ꝛ ad hoc vita reintegrat vt ſerpẽ
tum moꝛſibꝫ iteratis reparata membꝛa poſtea atteran-
tur. Unde q̇dam patrũ dixit. ꝙ ſi quis videret demo-
nes in illa defoꝛmitate in qua vident dãnati nõ poſſet
viuere. Et in vitaſ fratrũ habet. ꝙ q̇dam frater in oꝛdĩe
pꝛedicatoꝛũ cum vidiſſet diabolũ in ſpecie ita hoꝛribili
ſibi apparuit ꝙ pꝛe timoꝛe foꝛtiter exclamauit. Ad cu-
ius clamoꝛẽ currentes fratres inuenerũt eum in terraꝫ
pꝛoſtratũ quaſi moꝛtuũ non valentẽ loqui. Quẽ duxe
runt ad infirmariã. Reſumpto aliq̄tẽ ſpiritu interroga-
tus de cauſa clamoꝛis. Reſpõdit ꝙ ex eo clamauerat. et
pꝛe timoꝛe ita defecerat. quia diabolũ viderat. Queſit⁹
de foꝛma et aſpectu eius dixit. Ego neſcirem deſcribere
et declarare qualitatẽ eius. Sed vnũ dico. ꝙ ſi mihi da
retur optio. quid potius eligerem. vel eum aſpicere per
modicũ in illa ſpecie tã hoꝛribili vel mittere me in foꝛ
nacem ignis ardentẽ ante me poſitã. mallem ĩgredi foꝛ
nacem ardentem. Secundũ propter qḋ timendi ſũt
eſt coꝝ crudelitas. de quibꝫ poteſt ĩtelligi Job. xvi. Col
legit furoꝛem ſuũ. ſcꝫ diabolus in me. vt ſit locutio iſta
cuiuſlibet damnati. ꝛ cõminans mihi infremuit contra
me dentibus ſuis. Hoſtis meus terribilis oculis me in
tuitus eſt. Aperuerunt ſuper me oꝛa ſua. ſcꝫ demones ꝛ
expꝛobꝛantes percuſſerunt maxillam meam. ſcilicet pꝛo
pter peccata gule et male locutionis. Saturati ſunt pe
nis meis. Concluſit me deus apud iniquum. et mani-
bus impioꝛum me tradidit. id eſt crudeliuꝫ. Ego ille q̄n
dam opulentus. ſcilicet in mundo repente contrit⁹ ſum.
ſcilicet in mundo. Et Hieremie. vi. c. dicitur. Crudel' eſt.
et non miſerebitur ſcilicet diabolus. Ubi beatus Hie-
ronymus. Crudelis diabolus eſt iuſtis. crudelioꝛ ſuis.
crudeliſſimus ſibĳpſi. Quod diabolus ſit crudelis ſan
ctis. patet in Job. ĳ. c. quem ſathan poſt ſubtractioneꝫ
omnium ſuoꝛum bonoꝛum et interfectionem ex ruina
per eum pꝛocurata filioꝛum. percuſſit eum vlcere peſſi-
mo a planta pedis vſqꝫ ad verticem. Exemplum etiaꝫ
ad idem in Anthonio quem in feruoꝛe maximo deo ſer
uientem et oꝛantẽ demones verberauerũt vſqꝫ ad moꝛ
tem. Crudelioꝛ eſt diabolus ſuis ſcilicet ſocĳs demoni-
bus et damnatis. Petrus in canonica. Aduerſarius ve
ſter diabolus tanq̃ꝫ leo rugiens circuit querens quem
deuoꝛet. Et Hieremie. lj. Jn perſona damnati dicit. De
uoꝛauit me. abſoꝛbuit me ſicut draco repleuit ventreꝫ
ſuum. Unde legitur in vitaſpatrum. Quod quidam
ſacerdos illorum in templo quadam nocte vidit ſathã
cum maxima multitudine demonum in thꝛono ſedẽtẽ
ꝛ iq̇rẽtẽ a ſingul' q̄ mal' ad q̄ hoĩes iducebãt ſuggeſtõibꝫ
ſuis. Et cũ vn⁹ coꝝ retuliſſet ſe tẽpeſtatẽ in mari cõci-

*Margin:* De ſeptẽ ꝯditoibꝫ demonuꝫ toꝛtoꝝ timendis.

*Margin:* Exẽplũ

*Margin:* Exẽpluꝫ

taſſe. Et ſic naue ſubmerſa mltos necatos. ſathan fec cũ
a ſatellitib⁊ acriter verberari. q̄ parũ mali feciſſet. Exin
de proceſſit alius diabolus aſſerens ſe in nuptijs q̄buſdã
rixas excitaſſe ⁊ multũ ſanguinẽ ab hominib⁊ illis ⁊ in
ter illos fuſum ad inſtigationẽ eiꝰ. Et hunc ſimilr flagel
lari fecit tanq̃ pigrũ ⁊ inertem ad malũ pcurandũ. poſt
hunc ſurrexit alius in mediũ dicens. q̄ p mltos annos
temptaſſet quendã ſolitariũ in deſerto de fornicatione.
Et demũ illa nocte eũ viciſſe. ad malũq̧ illũ induxiſſe.
Et hunc ſathan oſculatꝰ eſt. ⁊ coronã ſibi poſuit in capi
te ꝺ victoria habita ꝯtra illũ virũ ſanctũ. Crudeliſſimꝰ
aũt ſibiipi. q̄ cum ſibi augeat pena ex mal. ad q̄ induc
homines. tãta eſt malicia ⁊ crudelitas ſua. q̄ potius eli
git ſibi penã augeri. q̄ deſiſtẽ a tẽptatõib⁊ ſuis. Ter
tia conditio demonis eſt pcacitas ⁊ auiditas eiꝰ. Deut.
xxviij. Adducet dñs ſup te gentẽ de longinq̄. de extremi
finib⁊ terre. gentẽ pcaciſſimã. i. demones. Legit in vita
beati martini q̄ cũ ipe cũ ſocijs pgeret iuxta quoddam
ſtagnũ cernẽs mergos inſidiãtes alijs piſcib⁊. ⁊ ſe ꝺ eis
ĩgurgitãtib⁊. ait ſocijs. Forma hec demonũ eſt. Inſidiã-
tur incautis. captos deuorãt. ſaturariq̧ nequnt deuora
tis. Quarta ꝯditio coꝝ eſt fortitudo ⁊ ptãs coꝝ. Job
xl. c. Non eſt ptãs ſup terrã que poſſit ei compari. Tan
ta eſt ptãs coꝝ q̄ ſm naturã oĩs materia elemẽtalis eſt
ſubdita eis ad nutũ. niſi a deo ⁊ angel bonis retineant
Vñ poſſet ignẽ mittere de aere. ſulphura. tẽpeſtates. et
pluuias. ⁊ infirmitates in hominib⁊. niſi coerceant vir
tute dei. Ipe fecit vt ait ps. imiſſionẽ p angelos malos
ad plagandũ egiptũ. Diabolꝰ fuit q̄ ignẽ de celo imiſit
ad ꝯſumendũ greges ouiũ Job. Ipe ventũ validũ exci
tauit ad ſubruendũ domũ. vbi filij iob ſeptẽ cũ tribus
ſororib⁊ ꝯuiuabant. Ipe graui vlcere corpus eiꝰ vulne-
rauit. eius ope maleficia multis mltiplicãt nocẽs. Eccĩ.
xxxix. Sunt ſpũs ad vindictã creati. ⁊ in furore ſuo cõ
firmauerũt tormẽta ſua. ⁊ in tempore ꝯſumatõis effun-
dent ꝟtutẽ ⁊ furorẽ eiꝰ qui fecit eos. ꝯfundent. Quin
ta eorum velocitas. Treñ. iiij. Velociores fuerũt pſecuto
res noſtri aquil celi. Vñ vt hr in li. dial. dicẽte ſtepha-
no mãcipio ſuo ex ira. Veni diabole diſcalcia me ſtatĩ.
affuit diabolus diſcalciãs. Similr cũ hermogenes ĩcã-
tator inuocaſſet demones. vt adduceret ad eũ ligatum
philetũ diſcipulũ ſuum. hoc executi ſũt. Miſſi aũt ab
eo ⁊ ad iacobũ aplm etiã adducendũ. veloces q̄dem fue
runt ad eundũ. ſ; in nullo valẽtes eũ ledere. q̄nimo cru
ciati velociores fuerũt iuſſu apli ad hermogenẽ captuꝫ
⁊ ligatũ ante aplm adducendũ. Sexto coꝝ nocendi
ſtudioſitas. ſagacitas ⁊ diuſitas. Unde Apoc. xiij. ꝺſcri
bit habere ſeptem capita. ⁊ decem cornua. q̄ ſignificant
ſeptem modos varios decipiendi ⁊ nocendi. Vñ in fi-
gurã. Serpens callidior erat cunctis animantib⁊ terre
Gen. iij. Mille nãq̧ nocendi habet modos. nec ignora
mus aſtutiã eius. xvi. q. ij. Viſis. Ad quod facit quod
diabolus ipe ꝯfeſſus eſt. Nã cum magiſter Jordanus
generalis ſecundꝰ ordninis pdicatoꝝ adiuraret demo-
nẽ. vt diſcederet ab obſeſſo. ⁊ interrogaſſet q̄ noĩe voca-
ret. ipe diabolus obſidens. Reſponditq̄ millẽartifex di
ceret. q̄ mille modos haberet ad nocendũ. In dial. quo
q̧ refert Grego. q̄ cum q̄daꝫ eps mediolaneñ. corinthũ
acceſiſſet. intrauit domũ quã multis annis demones ĩ-
habitabilẽ reddiderãt pter clamores coꝝ. ⁊ cũ vellet ꝺ
nocte quieſcere. audire cepit magnis clamorib⁊ rugitus
leonũ. balatus pecorũ. ſibilos ſerpentũ. ruditus aſinoꝝ
grinnitus porcoꝝ ⁊ hmõi. Tunc eps ait. Bene tibi ꝯti-
git miſer. Tu es qui dixiſti. Ponã ſedem meã ad aqui-
lonẽ. ſimilis ero altiſſimo. Ecce per ſuperbiã tuã his be
ſtijs ſimilis factus es. Ad hoc q̄ſi erubeſcens diabolꝰ
diſceſſit a loco. Septimo maligna coꝝ falſitas. vera

eñ exprobrat. ⁊ falſa opponit. Apoc. Proiectus eſt in
terram accuſator noſter. qui accuſabat fratres die ac no
cte. Job. xvi. Suſcitat falſiloquus aduerſꝰ faciẽ meaꝫ
contradicens mihi. Collegit furorẽ ſuum in me. Gaudꝫ
eñ de penis ⁊ malis iuſtoꝝ et reproboꝝ. et irridet eis.
Omnia ſupradicta propter que diabolus eſt timendꝰ
et horrendus damnatis notant Abacuc. i. vbi dicitur.
Suſcitabo chaldeos. qui interpretant feroces. ecce cru-
delitas gentẽ amaram. ecce malignitas. et velocem. ecce
velocitas. ambulantẽ ⁊c. ecce auiditas. horribilẽ ⁊ terri-
bilem. ecce horribilitas. ex ſeipa mendacẽ. ecce falſitas. le
uiores pardi equis eius. ecce fallendi et nocendi diuer-
ſitas. Pardus enim eſt varij coloris ⁊ velociores lupis
veſpertinis. ecce vorandi auiditas et inſatiabilitas. Et
poſtea ꝺr. Ipe de regibꝰ triũphabit. ecce poteſtas ⁊ for
titudo. Potes ex his ppendere quãta miſeria. quãta an
guſtia. quanta pena ſit habitare cum talib⁊ tortoribus
Et ideo timendũ. ne ad talem ſocietatem pueniat.

## De priuatione diui- .§. X.

ne viſionis. Qui deſcendũt ad infernũ damnatoꝝ. nun
q̄ deum videre poſſunt. Vñ ꝺ dicitur eis. Diſcedite a
me maledicti in ignẽ eternũ. Mat. xxv. vt ſcꝫ nunq̄ me
videatis. Eſa. xxvi. ait dñs. Nõ videbit gl̃iam meã. ſcꝫ
dãnatus. vbi alia trãſlatio hꝫ q̄ cõius allegat. Tollat i-
pius. ne videat gl̃iam dei. Et hec eſt eis maxĩa pena ſu-
per oẽs alias. b. ang. Nulla pena maior q̄ carẽtia diuie
viſiõis. ⁊ Criſ. li. ꝺ viſiõe al. ꝯpũctõe cordiſ dic. q̄ potiꝰ
eligeret mille gehẽnas. i. ignis ĩferni q̄ puari tali viſiõe
Hec viſio vt ait plotinus phus platonicꝰ. Et refert. b.
augꝰ. de ciui. dei. Eſt tãte pulcritudinis tantoq̧ amore
digniſſima. vt ſine hac aĩam q̄buſlibet bonis ⁊ q̄ntuſli
bet pditã extimet infeliciſſimã. Sꝫ q̄ corpus qꝺ corru
pit aggrauat aĩam. ⁊ depmit terrena inhabitatio ſen-
ſum multa cogitantẽ. Ideo parũ et q̄ſi nihil ĩtelligit in
vita pñti de deo. q̄tũ bonũ ſit aĩe. vt eñ ait phs. Sic
lumẽ noctue ſe hꝫ ad lumẽ ſol. qꝺ ſcꝫ ſufferre nõ valet.
ita oculꝰ nr̃. ſ. intellectꝰ ad illa manifeſtiſſima nature. vt
angelos ⁊ deũ parũ ⁊ ĩpfectiſſime recognoſcẽs. Sicut
iſta bona tpalia. ⁊ q̄cunq̧ creata q̄ ſunt bona. accidenta
liter ⁊ pticipatiue trahunt nos ad amorẽ eaꝝ. ⁊ tãtoma
gis quãtomagis nob repſentant bona. q̄tomagis habet
trahere ad amorẽ ⁊ ꝯſolatõem ⁊ delectationẽ bonũ di-
uinũ ſeu deus q̄ eſt bonũ per eſſentiã. vnde deriuat oĩs
bonitas. Sꝫ q̄ hoc parũ aĩa videt ⁊ ꝯſiderat in mũ
do. iõ parũ vel nihil diligit. ⁊ paꝝ extimat eiꝰ viſione
puari. Sepata aũt anima a corpis grauamie tunc intelli
git deum ſummũ bonũ. ⁊ q̄ ad illũ adipiſcendũ eſt crea
ta. Et q̄ immediate ipm ſummũ poſſideret. ſi nõ eſſꝫ ĩ
ea impedimentũ. Cõſiderans g̃ q̄ pter ſui defectum. ſ.
peccatoꝝ ꝯſecutionẽ talis boni puat. ⁊ in eternũ ſi dãna-
tus eſt. ſumme dolet priuari ſe tali viſiõe dei clara. Si
eñ anima eſſet in igne inferni. ⁊ deũ videret clare. non
ſentiret penã. Et ecõtra ſi eſſet in celo cũ ſctis ⁊ angel. ⁊
nõ videret deũ. nõ hr̃et gaudiũ ⁊ ꝯſolatõem. Sic g̃ dei
viſio. ſ. clara ⁊ ſatialẽ tota merces ſm. b. aug. ⁊ pmium
ſãctoꝝ. Satiabor (ait ps. xvi.) cũ apparuerit gl̃ia tua.
id ẽ clara viſio. ⁊ q̄etat oĩs appetitꝰ. ita ⁊ priuatio talis
viſionis eſt totũ malũ. i. pncipale ipis dãnatꝫ. Et ſicut
ex ipa viſione conſequunt ſancti omnia bona. ita ex pri
uatione eius damnati omnia mala contraria dictꝫ bo
nis. Recipiunt eñ ſancti ex ipa viſione ꝺi ſummã ſciãꝫ
oĩm. Quid eſt qꝺ neſciant. ſcꝫ ſcti q̄ ſcientẽ omnia ſciũt
ait. b. Greg. Cũ eñ in deo ſint idee omnium creaturuꝫ
ipm videntes. oĩa in eo vident q̄ volunt de creaturis.
E contra damnati priuati tali viſiõe nullius rei hñt pfe
ctam cognitõem. ⁊ ſi aliq̄d hic in h mundo nouerũt de

Pena ma-
xiã dam-
natis

Septem
ſũt q̄ ſcti
recipiunt
ex viſiõe

deo ꝛ creaturis. vt phi Ariſtoteles. Plato ꝛc. de tali cognitōe nō hn̄t delectatōem. ſꝫ maius tormētū. qꝛ abuſi ſunt. Et minim⁹ puer. q̄. ſ. mortu⁹ eſt in infantia baptiſatus maiorē ſciam de rebus habꝫ in patria. q̄ꝫ oēs phi in inferno. Scōo ſancti ex btiſſima viſione ꝯſequūt maximū gaudiū ꝛ delectatōeꝫ. pſ. xv. Delectatōes i dextera tua vſqꝫ i finē. Dextera dī ē vita etna. aug. Delectatōeſ ſūt ex viſiōe dei vſqꝫ in finē. i. ad finiēdū ꝛ pficiendū omnē appetitū. Ecōtra dānati ex puatione hui⁹ viſiōis habēt ſummā triſticiā. Et ſic bti in oī pte ſupra. infra. intus. et extra. circūcirca pleni ſūt gaudio ꝓpt qḋ dr cuilibet coꝝ. Intra in gaudiū dn̄i tui. Ita dānati ex oī parte circūdati ſunt dolore ex ꝯſideratōe ſupioꝝ pmioꝝ q̄ amiſerūt. ex ꝯſideratōe inferioꝝ reꝝ q̄ nimis dilexerūt eis puati. Ex ꝯſideratōe interioꝝ remordentiū pctōꝝ. Ex ꝯſideratōe exterioꝝ igniū vrentiū. Ex ꝯſideratōe circūſtantiū dēonioꝝ ſocioꝝ. Tertio bti ex viſiōe dei cōſequunt pfectā amicitiā ad deū ꝛ ſocios. Ita ſe pfecte diligūt. q̄ gloriā maiorē ſanctoꝝ magis eis volūt q̄ꝫ ſibi. qꝛ magis meruerūt. Ecōtra dānati odiūt deū vt punientē. Un̄ Job. in apoc. Blaſphemauerūt deū viuenteꝫ in ſecula ſeculoꝝ. Nulla delectatio vel amicitia eſt in eis. nec erga amicos. Quos ſecū vident in tormētis ſocios in penis odiūt. Oēs ſanctos etiā ꝓpinquos genere vellēt ſecū eſſe in inferno. q̄nimo ꝛ ſeipos odiūt. Et q̄uis non eſſe ſimplr nō cadat in appetitū creature. tn̄ qꝛ min⁹ malū hꝫ rōem boni reſpectu maioris mali. qꝛ meli⁹ eſt nō eē q̄ꝫ male eſſe. iō dr de dānatis in Apo. c. ix. Deſiderabūt hoīes mori. i. dficē ab eē. ꝛ fugiet mors ab eis. Quarto beati ex viſione dei aſſequūt magnā dignitatē. ſ. regiā ꝛ ſacerdotalē. Un̄ decantant an̄ deū. Remidiſti nos dn̄e in ſanguine tuo. ꝛ feciſti nos deo nr̄o regnū. i. regeſ ꝛ ſacerdotes. reges ad dn̄andū toti mūdo. ſacerdoteſ ad offerendū ꝯtinue ſacrificiū ſanctaꝝ ꝛ feruentiū affectionū. Ecōtra dānati ex puatōe hui⁹ viſiōis pticipāt ignominiā ꝛ ſeruitutē. Hiere. v. c. Seruietꝭ diis alienis. q̄ nō dabūt vobis reqem. i. demonib⁹. q̄nimo ſerui et ſubiecti ſunt etiā captiui tenēt in carcere inferni. vt nō valeāt inde exire ad libitū ſuū. Quito ex dei viſione hn̄t ſancti ſummā pacē. Eſa. xxxii. Sedebit popul⁹ me⁹ in pulcritudine pacis ꝛ reqe opulenta. Oīa appetūt pacē. dicit Dyoniſius. Et ſi tā dulcis eſt pax humana p tpali ſalute hoīm. q̄ꝫto dulcior eſt pax dina p eterna ſalute angeloꝝ. ait. b. Aug. xxiii. q. i. Noli. Nec hic pōt eſſe pfecta pax. ſed ſolū in pr̄ia. Sꝫ in inferno eſt remotio oīs pacis ꝛ ꝯtinuū bellū. Nā vt dicit ſapiēs. Armabit. ſ. deus creaturā ad vltionē inimicoꝝ. Et iterū pugnabit pro eo ſcꝫ deo orbis terraꝝ ꝯ inſenſatos. Sicut aūt ipi miſeri habēt itra ſe ꝯtinuū bellū malaꝝ affectionū. ſic ꝛ creatē bellant ꝯ eos affligēdo diuerſis modis ꝛ penis. Sexto ex dei viſione habent ſancti maximā claritatē. Un̄ i. Jo. i. Deus lux eſt. ꝛ tenebre in eo nō ſunt vlle. Hec lux ſicut illuminat oēm hoīem venientē in hūc mundū lumine gratie. qꝛ ſcꝫ null⁹ illuminat niſi ab eo. ita de mūdo egrediens lumine glorie nō illuminat niſi a deo. qḋ lumē glie redundās ab aīa glificata in corpus ſuuꝫ reſuſcitatū. facit ipm clariſſimū ꝛ pulcerrimū. Uidētes ēt oculis corpis reaſſumpti xpi humanitatē fulgentē ſicut ſol īmo incōpabiliter plus. inde etiā illuminant ꝛ iocundant. Dānati vero priuati tali viſiōe remanēt obſcuri ꝛ tenebroſi in aīa ꝛ corpe. Et q̄uis in iudicio finali viſuri ſint xpi humanitatē. q̄ habet eos iudicare. nō inde recipient illuminatōeꝫ vel aliquā ꝯſolatōem vt ſancti. ſꝫ ſummū horrorē et dolorē. ex vbis xpi eos exprobantis de malis ſuis. adeo vt dicāt mōtib⁹ ꝛ collib⁹. Abſcōdite nos. ꝛ coopite a facie agni. i. xpi turbati ꝯ nos Septimo recipiūt ſancti ex viſione dei ſummā firmitatem in bono. quia cū ꝯtinue repſentet de⁹ menti vt ſummū bonū nō pn̄t ad momentū diuerti ab eo. ꝛ ipm nō ſumme amare nec valeant in aliq̄ peccare. Sine macula eni ſunt ante thronū dī Apoca. xiiii. Dānati aūt ecōtra ſūt ita auerſi a deo. q̄ nō pn̄t deū diligere. ſed ſicut demōes vt dicit Dyoniſius. hn̄t fantaſiā ꝑteruā. i. iudiciū intellectus puerſum. eſtimātes deū iniuſte eos cruciare. ſic ꝛ dānati. Nec auerti pn̄t a malꝭ deſiderijs eoꝝ q̄ habuerūt in mōo. ſꝫ nihil eoꝝ pn̄t obtinere. pſ. Deſideriū pctōꝝ pibit. ſ. vt nō conſequi valeant deſiderata ab eis.

## De ſubtractione om. §. XI

nium bonoꝝ ab eis. ſ. dānatis in inferno. A deō ſeu pſonis dinis. Ab angelꝭ. A ſanctis. a notis. ab eccleſie ſuffragijs. a bonis pactis. a locis ſacris. In vita pſenti habēt etiā maximi pctōreſ ſubſidiū mltiplex a dō. pcipue per pn̄iam p quā placat. ſm illud collecte. Deus q̄ clpa offenderis. pn̄ia placaris. In q̄ pater cor lapideū frāgit p potentiā ꝯtritōis. Filius illuminat p manifeſtationē ꝯfeſſionis. Et ſpūſſanct⁹ dignificat fructū ſatiſfactōis. Sꝫ dānat⁹ nō dabit deo placatōnē ſuā in pſ. cxi. quia penitere nō pt. Qḋ ait Damaſce. fuit angelo caſus. hoc homini mors. i. ſicut angelus ex pmo ſuo lapſu fact⁹ eſt incōuertibilꝭ ad deū. ita moriens in mortali hō eſt irreuſibilꝭ ad pn̄iam. In inferno q̄s ꝯfitebit tibi. q. d. null⁹. ita nec ꝯtritio nec ſatiſfactio. Quidā ruſtic⁹ vt habet i li. de ſeptem donis inuitat⁹ ad regales nuptias cū alijs ibat. In via autē ſitiēs mltū cum a ſocijs ſuaderetur vt aquā fetidā quā inuenerūt in via nō biberet. ſed abſtinens ab ea ꝛ cito pueniēs ad locū nuptiaꝝ optimum vinū et alia delitioſa inueniret. noluit ille acqeſcere cōſilio alioꝝ. ſed vt ſatiſfaceret ſiti. impleuit ventreꝫ aqua illa putrida. Cū autē pueniſſet ad palatij fores. vbi celebrabant nuptie eructās fetorē aque fetide. quē adhuc habebat in ventre. quē rex nō ſolū nō pmiſit intrare. ſꝫ cū mltis ictibus expulſus eiectuſ eſt in foueā fetidiſſimā. vbi cunctis videntib⁹ euomuit aquā quā ibi biberat obſtinatus. Sic accidit dānato cuilibet. In vita eni pn̄ti vocatus ad celeſtes nuptias. cū in via naturalr appetat bonū ꝛ ſitiat btitudinē. aquā fetidā inueniens delitiaꝝ ꝛ diuitiaꝝ mūdi. vt ſatiſfaciat ſiti ſue. implet affectū inordinatū illis. cū tn̄ ſibi diſſuadeat a predicatorib⁹. ꝛ alijs bonis. ſed demū venit ad mortē. ꝛ cum deberet ingredi ad nuptias celi vbi ſunt oīa bona patu. qꝛ reperit mēs ei⁹ plena iniqtate ex terrenis inordinate amatis. pijcit i foueā inferni. nec penitere valet. ſed puatus tpalibus. in inferno pmanet. Scōo dānat⁹ puat auxilio angeloſrum ſctōꝝ. In mōo innumera ſubſidia ꝛ adiutoria habemus ab angelꝭ. vtꝫ per exemplū ꝛ figurā in angelo raphaele ſociāte in via Thobiā. Sꝫ in alio ſeculo dicunt angeli de aīa dānata illḋ Hiere. Curauim⁹ babylonē et nō eſt curata. recedam⁹ ab ea. i. in vita multiplr queſiuimus curatōem talꝭ p inueſtigatōes ad bonū. noluit acqeſcere. nil in alia vita agere poſſum⁹ ſubſidij. Tertio orōnib⁹ ſanctoꝝ. Scti eos q̄ ſunt in mōo multiplr adiuuāt meritis ꝛ pcib⁹. ꝛ pmaxie beata maria q̄ ad corp⁹ ꝛ q̄ ad aīam. vtꝫ. ij. Machab. vbi dr de hieremia ſctō defuncto. Hic ē q̄ mltū orat p pplo. Sꝫ p his q̄ ſūt i inferno ſeu dānatꝭ nūq̄ꝫ orat. qꝛ oīno ſūt ꝯformes volūtati dī quē ſciūt h velle. ſ. i nullo eis ſbſidiari. vn̄ ꝛ diues nec guttā aq̄ potuit ab abraā ꝭ lazaro obtiere. Quarto ex orōib⁹ elemoſynis ꝛ alijs q̄ fiūt ſpealr a ꝯſanguineis ꝛ amicꝭ alic⁹. dānati nullū refrigeriū recipiūt. et q̄ ſciūt aliquē eē dānatū q̄ꝫtūcunqꝫ ſibi amiciſſimū male facerēt p eo orādo. ſic ꝛ ſi oraret p diabolo liberādo. Sꝫ qꝛ niſi q̄s decedat in notorio mortali ſciri nō pt. ſi ē dānat⁹ vel ſalu⁹. Jō vt dic. b. aug. xiij. q. ij. Tempus ratio

Dānatꝭ his ſubſidijs puāt

nabiliter pro cunctis fidelib⁹ defunctis oraṫ.et ſi illi dā
nati eſſent.vtiqȝ nihil ipi inde pcipiunt.ſȝ in facientem
illud ſuffragiū.ꝛ in alios de purgatorio ꝯuertiṫ Qui
to ex orōnib⁹ ꝛ alijs bonis q̄ fiunt in eccl'ia.oēs q̄ mēbra
eccl'ie ſūt vnita xp̄o p caritatē pticipant aliq̄ mō de illiſ
bonis.ſm illō ps.Participē me fac deus omniū timen
tiū te ꝛc.Exēplū de cibo quē q̄s comedit q̄ oīa membra
viua recipiūt ptem nutrimēti.nō aūt pciſum membrū
Quia ĝ dānati ſunt oīno pciſi nec ampli⁹ incorpari ſeu
reunire pñt.iō nullū ſubſidiū inde pcipiūt.Nec etiaȝ ex
indulgentijs platoꝝ.Nā ꝛ ſi his q̄ in purgatorio ſūt va
lere poſſint.ſi ad eos extendaṫ a platis.nō tñ ad damna
tos. Sexto ex bonis q̄ fecerūt in vita ſiue viua.dum
ſcȝ fuerūt facta in grā.ſiue mortua opa q̄ ſcȝ fuerunt fa/
cta in mortali.nullū inde auxiliū ſuſcipiūt directe. Et h̄
eſt qd̄ dicit dñs p Ezech.xviij. Si auertit ſe iuſt⁹ a iu/
ſticia ſua ꝛ fecerit iniq̄tatē.oīm iuſticiaꝝ ei⁹ nō recorda/
bor.Et apl's.j.Coꝝ.xiij.Si diſtribuero oēs facultates
meas in cibos pauperū ꝛc.nihil mihi pdeſt.b.Gre.In
perpetratōe maloꝝ nulla dȝ eſſe fiducia bonoꝝ pterito
rū.Indirecte valent.q̄ ſi nō feciſſet illa bona.fūc feciſſȝ
aliqd̄ malū pter qd̄ ſpālem penā ſuſtineret.quā euaſit
Septīo loca ſacra vbi boni ſepeliunṫ iuuāt eos.vt.ſ.
ſancti illi in q̄ꝝ honorē illa loca ſūt dedicata.orēt p ani/
ma illa ſi eſt in purgatorio pter deuotionē quā ille vi/
uēs habuit ad eos pter qd̄ elegit ſepulturā.vt dicit.b.
Aug.xiij.q.ij.Sȝ dānatꝭ h̄ nō pdeſt q̄n poti⁹ nocet pṫ
pſumptōeȝ coꝝ.q̄ elegeṙt talē ſeplturā.vt magꝭ cruciēṫ
Vñ ꝛ.b.Gre.in.iiij.dial.exēpla pōit de q̄buſdā mal' in
loco ſacro ſepultis.q̄ miraculoſe inde eiecti ſunt.

De timore initiali. Caplm ſextum.

# Quintus timor dicit

initialis.De q̄ ps.cx.Initiū ſapiētie timor
dñi.Hic timor ſemp eſt cū caritate.qñ.ſ.q̄s timet penaȝ
ſiue temporalē ſiue eternā.Timet ꝛ erubeſcit culpā com
miſſam.Sȝ plus timet dei offenſam.Prou.j.ꝛ Eccl'ia.
j.Principiū ſapiē timor dñi.ꝛ Prouer.viij.Timor dñi
odit malū.pl⁹.ſ.amore iuſticie q̄ȝ timore pene.Hic tīor
habet duos oc'los.ſ.dextrū amoris iuſticie ad declinan
dū malū culpe.Siniſtrū euitatōis pene ad euadenduȝ
infernū vel aliā penā.Hoc figuratū fuit in abraā.cuȝ fi
xit tabernaculū ſuū inter bethel ꝛ hay Gen.xij.ꝛ.xiij.c.
q̄ vir iuſtus firmat mentē ſuā inter amorē padiſi ꝛ tio
rem inferni.Iſte ſūt ille due ancille.q̄ inducunt Heſter
reginā.q̄ interptaṫ humil'.ad aſſuerū q̄ interptaṫ beati/
tudo.Heſter.xv.Timor eleuat ꝛ ꝯprimit veſtimēta de/
fluētia ꝛ affectus pcutū q̄ nos vt veſtimēta ornāt.amor
eā ſuſtentat.He ſunt due ale date mulieri p q̄s volat in
deſertū pnīe ꝛ vite eterne.Et q̄a bona opa q̄ fiūt ex iſto
timore filiali.ꝛ mala ſeu pctā q̄ q̄s cauet ex eo.ſūt meri/
toria.q̄ magis timet offenſam q̄ȝ penā.q̄ ex caritate p
cedunt.q̄ pena reſpicit ſe.offenſa deū.Iō q̄ magꝭ time
at ꝛ doleat de offenſa dei q̄ȝ de pena ſignū eſt dilectiōis
dei.Videndū eſt de m'ltis q̄ dñt timeri iſto timore.Pri
mo igiṫ timendū ē pctm̄.ne incurraṫ.Ecci.xij.i fi.dicit ſa
lomō.Finē loq̄ndi oēs pariter audiam⁹.Deū time.ſcȝ ti
more initiali ſaltē.ꝛ mādata eius ſerua.qd̄.ſ.ē ei⁹ effect⁹
ꝛ ſignū.q̄ q̄ timet deū faciet bona.Eccl' Hoc ē oīs hō.i.
p h̄ hō habet vere eſſe hoīs qd̄ eſt eſſe rōnale.

# Timendū aūt eſt pec .§.I.

catū ꝛ vitādū pter ſeptē rōnes q̄ ponunṫ in li.de ſeptē
donis.Primo q̄ ſi pctm̄ nō eſſet.nihil hoī obeſſet.Se
cūdo q̄ ſine h̄ q̄cquid eſt.hoī pdeſſet.Tertio q̄ angeluſ
bon⁹ ſumme h̄ abhorret.Quarto q̄ ſctis iniuriā īfert.
Quīto q̄ diabolo ſumme placet.Sexto q̄ deo maxie

Pctm̄ ti/ mendū p pter ſeptē

diſplicet.Septimo q̄ facienti peſſime nocet. Prīo igr
timendū eſt pctm̄ ꝛ fugiendū.q̄ ſi hoc nō eſſet.nullus
malū pene eſſet.Ecci.viij.Qui ſeruat mādatum.nō ex
pieṫ q̄cq̄ȝ mali.b.Greg.Nulla nocebit aduſitas.ſi nulla
dñeṫ iniq̄tas.b.Hiero.Nō oīa mala ſuſtineam⁹ pecca
ta nr̄a hoc fecerūt.Oīa mala q̄ timem⁹.valde vitare/
mus ſi pctm̄ nō eſſet.Nō timerem⁹ nec infernū.nec pur
gatoriū.nec dei iudiciū.nec m'tiplex mundi piculū.nec
mortē ſi nō eſſet pctm̄.Vbi eſt pctm̄.nō eſt bon⁹ homo
Sen.Nil eſt homini bonū ſine ſe bono. Et q̄a qd̄libet
mortale eſt venenū ꝛ ꝯtrariū caritati.p quā hō habȝ eē
ſpirituale.iō nō hn̄s caritatē ſȝ pctm̄.dicit apl's.j.Coꝝ.
xiij.nihil eſt.Et ideo Petr⁹ apl's amiſſa caritate p pec/
catū negatōis xp̄i.q̄uis hoc nō intellexerit.tñ veruȝ di/
xit.cū ait cuidā dicenti ſe eſſe ex diſcipul' ei⁹.O hō non
ſum.q̄ eſſe amiſerat ſpūale.vt exponit Hilarius. Se
cūdo eſt timendū pctm̄ ꝛ renuendū.q̄ hoī extra pecca/
tū oīa cooperanṫ in bonū diligenti deū.ſm aplm̄.q̄niam
mo particeps fit omnium bonorum eccl'ie ſm illō ps.
Participē me fac de⁹ oīm timentiū te ꝛc.Nō ſolū bona
eis cedunt in bonū.ſȝ etiā mala pene.Naȝ q̄ ex penis
purganṫ eoꝝ pctā augeṫ ꝛ meritū ꝛ corona.vt patet in
Job.Thobia ꝛ alijs.Sicut ecōtra bona in ſe ꝛ optima
fiunt mala mal'.Vñ.b.Aug.de con.di.ij.Et mala pſūt
bonis.ſicut angelus ſathane colaphizans Paulum.Et
ſancta obſūt malis.ſicut buccella.id eſt eucheriſtia Iu
de.Nec eñ illa buccella in ſe mala fuit.ꝛ ideo nocuit.ſed
quia malus bono male vſus fuit. Inſuper ꝛ mala cul/
pe bonis conuertunṫ in bonū ſcȝ cum reuertunṫ ad pe/
nitentiā.Vñ btūs Aug.de pe di.iiij.Vſq̄ȝ adeo oīa de
eis dei conuertunṫ in bonū.vt etiā ſi qui eoꝝ exorbita
uerīt.hoc eis faciat proficere.quia inde humiliores cau
tiores ꝛ feruentiores ſurgunt.Sicut ꝛ btūs Ambro.di
cit de petro.di.l.Fidelior factus eſt petrus poſtq̄ȝ fideȝ
ſe perdidiſſe defleuit.ſ.negando.Et ſic pctm̄ electis ē ſi
cut tiriacha q̄ ex ſerpēte veneniſſimo tiro dicto conficī/
tur ꝛ remediū efficiṫ ꝯtra venenū.q̄ pctm̄ qd̄ habuit
mortiferā delectationē in ſe vel in alio.ex eo aſſumiṫ re/
mediū ad ipm̄ expellendū ꝛ mortificandū p ꝯpunctōȝ
de eo.ꝛ per ꝯpaſſionē in alio. Tertio eſt timenduȝ et
abominandū pctm̄.q̄ bonis angel' m'tū diſplicet.ꝛ ab
ominanṫ ipm̄.Hoc patet in malis ꝛ in bonis homini/
bus.Nam ſeuere puniūt deo diſponente.vt patet d̄ ſo/
domitis per quos ꝛ ciuitates eoruȝ ipi immiſerūt ignē
et ſulphurē Gen.xix.Et in dauid propter cui⁹ vanam
gloriā in numerare faciendo populū ſuum angelus do
mini infra triduū percuſſit ex peſte.videlȝ.lxij.milia.ij.
Regū.vlt.Anſel.Tolerabilius fetet canis putridis ho
minibus.q̄ȝ anima peccatrix deo ꝛ angelis eius.Vnde
in vitaſpatrū legiṫ.q̄ cum tranſiret per heremū.ange/
lus in forma hominis cum quodā ſancto heremita ob/
uiā habuerūt quoddā cadauer hominis.ꝛ quia valde
fetebat.heremita nares obturauit cum clamide.ne feto/
rem ſentiret.Angelus autē nil tale egit.poſtea obuiam
habentib⁹ quendā pulcrum iuuenē veſtibus ornatum
redolentibus.āgelus clauſit fortiter nares.heremita au
tem minime.Sed miratus de actu quare nares obtu/
raſſet iuxta iuuenem tranſiens.cum eſſet ita pulcer et re
dolens.Non autem circa illud cadauer ita marciduȝ et
fetidum.Reſpondit.Tu cum ſis caro ſentis fetorē car/
nis.Nos autem quia ſpiritus ſumus.ſentimus fetorē
ſpirituum.qui procedit ex peccatis.quorum iuuenis il/
le laſciuus erat plenus.et ideo mihi fetebat.Cum auteȝ
angeli boni ſint nobis amiciſſimi et ſocij.debem⁹ pec/
cata timere et cauere.ne eis abbhominabiles fiamus.
Peccatum quarto ſanctis iniuriam infert.quia offē
dit regem et dominū.qui eñ offendit dñm.offendit eo

Timor in itial' habȝ duos ocu los.

Exēpla.

tam familiā ſuā.q̄ ſūt ſancti. Ecci.xxviij. Vir pctōꝛ tur
bauit amicos ſcꝫ eterni regis. vel qꝛ a cōione ſanctoꝝ ſe
ſubtrahit ꝛ ſocietate militantiꝫ ꝛ triūphantiꝫ eccīe. qua
ſi ſi excōicatos eos iudicaret. Vel qꝛ ſe ꝯriū ſanctiꝫ effec
dū ꝯrie poteſtati militat. Luce.xi. Qui nō eſt mecū ꝯ
me eſt. Vel qꝛ q̄ꝫtum in ſe eſt gl̄iam ſanctoꝝ. ꝛ gaudium
minuit. q̄ de eius gl̄ia viſa gauderēt. ꝛ in pn̄ti de bōis
eius exemplis iocundarent̄. Vn̄. b. Augu. in li. de pn̄ia
dicit. ꝙ penitēs debet de hoc dolere. ꝙ mlt̄ū boni cōtri
ſtati ſunt de malis ſuis opibꝫ. Sic ecōtra de bōis eoꝝ
iocūdati fuiſſent. Quīto pctm̄ iō timedū ꝛ hoꝛrēdū
qꝛ inimico noſtro peſſimo. i. diabolo ſūme placet. et de
eo gaudet. pſ̄. xij. Qui tribulāt me inimici mei exulta
būt. Si mot̄ fuero ſcꝫ recedēs a dō. Prouer. ij. Exultāt
in rebꝫ peſſimis. h̄ eſtimat maximū ſuū lucrū. ſi aīas
xp̄i ſanguine acq̄ſitas ſibi ſubijciat. ꝛ deo ſubtrahat. et
ſecū ad inferna deducat. ꝛ cū ex h̄ ꝙ temptatōibꝫ ſuis
homines ad crimina inducat nil ei vtilitatiꝫ accedat. ſed
augm̄tū pene. tāta eſt malicia ei⁹ ꝛ īuidētia ꝙ potius eli
git ſibi penā augeri cū ꝑditōe animaꝝ. q̄ꝫ eo augmento
carere nō tēptando. Vn̄ vt habet̄ ex legēda Jo. euāgel.
reſuſcitatus iuuenis q̄dam ab eo dixit publice. ꝙ vide
rat demones magnū feſtū facientes ꝛ nimis gaudentes
de ruina illoꝝ duoꝝ ſuoꝝ diſcipuloꝝ. q̄ penitētes ꝺ eo
ꝙ mundū reliq̄rat. intendebant redire ad ſecl̄m. Et ecō
tra angeli ſancti dolebant de caſu eoꝝ. quibꝫ auditiꝫ cō
uerſi ſunt ad deū ꝯpuncti. Quidā aūt demoniacus. vt
ꝑꝫ in li. de ſeptē donis. cū ꝑ obſeſſum diceret peccatuꝫ
ei fetere. ꝛ h̄ ꝓpter nobilitatē nature ſue. Vn̄ ꝛ ꝺ quibuſ
dam dꝛ. Poſtq̄ꝫ induxit eos ad malū ꝑcipue luxurie ipſe
aufugit in actu ei⁹. Interrogauit q̄dam. q̄re ḡ cū tanta
diligentia illud ꝓcuraſ. Rn̄dit ꝓpter lucrū. Sic cloacha
rius intrat latrinā ꝓpter lucrū. lꝫ ei feteat. ſꝫ certe cū quiſ
libet ſibi caueat facere id. vn̄ inimic⁹ ei⁹ letet̄. qd̄ ꝑ maxi
me eſt ſibi noxiū. ꝛ diabol⁹ ſit maxim⁹ adūſarius nr̄ ſi
cut leo rugiens circūeat. querēs quē deuoꝛet ꝑ pctm̄. ſū
me debet q̄libet timere ꝛ cauere. Sexto pctm̄ eſt tim̄
dū ꝛ vitandū. qꝛ deo ſumme diſplicet. Et h̄ ꝑꝫ ſeptēpli
citer. Primo ex dei odio ꝯ ipm̄ ꝛ īdignatōe. Nihil dō
diſplicꝫ niſi pctm̄. Sap. Nihil odiſti dō eoꝝ q̄ feciſti. et
quia ſine ipſo factū eſt nihil. vt dꝛ Jo. i. i. pctm̄. vt expo
nit btūs aug. qd̄ nihil dꝛ. qꝛ nō eſt aliq̄ creatura ſeu po
ſitiuū ſed ꝑuatiuū. Jō cū oīa diligat q̄ fecit. h̄ ſolū odit
qd̄ ipſe nō fecit. Et in q̄ inuenit̄. ſ. moꝛtale pctm̄. inimicū
habꝫ ꝛ odit. ſ reſpectu culpe. Ecci. xij. Altiſſim⁹ odio ha
bet pctōꝛes. Hiero. de pe. di. j. Nō em̄ hoībꝫ iraſcit̄ de⁹.
ſed vicijs. q̄ cū ablata fuerit nō erit q̄bus iraſcat̄ deus.

Scd̄o pctm̄ deo diſplicet ex ꝯtumelia ei⁹ ꝓpter ipuꝫ
irrogatōe. Nōne maximā ꝯtumeliā faceret ſponſo no
biliſſimo. q̄ dulciſſimā ei⁹ ſpōſam viliſſimo adulterio ꝓ
ſtitueret. hoc agit peccatoꝛ. qꝛ aīam ſpoſam xp̄i ꝓſtituit
diabolo. Hiere. ij. Sub oī ligno frondoſo ꝓſternebaris
meretrix. i. in omni apparente ꝓſperitate vel delectatiōe
Hic pctōꝛ filius ꝛ filias dei occidit. i. bona opa. templuꝫ
dei ſuccendit. Stratā ꝑadiſi ad modū ꝑdonis frangit.
In faciē xp̄i conſpuit. ꝛ q̄ꝫtū in eo ē iterū crucifigit. Ad
Heb. vi. Rurſus crucifigētes dei filiū. in ſemetipſis oſtē
tui hn̄tes. Ecce q̄nte ꝯtumelie Tertio ꝙ pctm̄ valde
diſpliceat deo. ꝑꝫ ex ei⁹ ꝯ ipm̄ ꝑſecutōne. ꝑſecut⁹ eſt em̄
illud in omni loco. vt nullus locus ſit ei tutus. In celo ꝑ
mū. vt apparet in Lucifero. quē ꝓpter vnū pctm̄ ſupbe
mentis de celo deiecit in infernū. de tanta felicitate in
tantā miſeriā. In ꝑadiſo de q̄ eiecit ꝑmos parētes ꝓpter
vnā culpe trāſgreſſionē. In terra ꝑſecutus eſt peccatum
in mittendo diluuiū propter pctā in ignem ſogdomis.
i aere per grandinationē in egiptijs. In terra ꝑ abſoꝛ
ptionem a terra dathan ꝛ abyron. Et in inferno. Deut.

xxxij. Ignis ſuccenſus eſt in furoꝛe meo. ꝛ ardebit vſq̄
ad inferna nouiſſima deuoꝛabit ꝛc̄. Quarto hoc oſtē
dit̄ ex dei ꝓpter hoc immutatōe. Nā peccatū ei diſplicet
em̄ ꝙ benigniſſimū ꝛ clementiſſimū patrē ꝯuertit ī cru
deliſſimū iudicē. ita ꝙ ꝓ toto mundo nō dimittit q̄n fi
lios quos creauit. q̄s ſanguine ſuo redemit. ſi eos ī moꝛ
tali inuenerit in moꝛte. q̄n gladio eterne dānatōis occi
dat. etiā ſi fugerent ſub clamide. b. marie. Prouer. vi. c.
Zelus ꝛ furoꝛ viri nō parcet in die vindicte. nec acquie
ſcet cuiuſq̄ꝫ ꝑcibus. Quinto patet ex ꝯtaminatōe bo
noꝝ ex genere. Nā quecūq̄ꝫ q̄s faciat. ieiūia. elemoſynaſ
martyria ſuſtineat. nō placēt deo ſi ſint cū moꝛtali. Ec
cleſia. xxxiiij. Dona impioꝝ nō ꝓbat altiſſim⁹. nec reſpi
cit in oblationibꝫ eoꝝ. Jacobꝫ. Qui in vno offendit. mlt̄
ta bōa ꝑdit. ſ. meritū bonoꝝ opeꝝ ex genere q̄ ad vitam
eternā. Sexto apparet q̄ꝫtum diſpliceat dō pctm̄ ex
ei⁹ deſtructōis elaboꝛatōe. Oīes ei labores aſſumpſit
vt deſtrueret pctm̄. Voluit em̄ carnē aſſumere. vt carnē
a pctō mūdaret. ꝑdicare vt illō ꝯtēneret. Sacra īſtituē
vt illō deſtrueret. Apl̄os ī mūdū mittere. vt illō expu
gnaret. vēdi vt nos redimeret. ligari vt nos a pctīs ſolue
ret ſanguinē fundē. vt nos a pctīs lauaret. crucifigi vt il
lud crucifigeret. occidi. vt occideret pctm̄. Btūs Augu.
Hec oīa hūilr̄ patit̄ de⁹ vt mūd⁹ q̄ ꝑierat libaret̄. Se
ptīo ꝑꝫ ex dei ſepatōe et exhereditatōe. Null⁹ ei ē ei tā
tū inimic⁹. q̄n ſi inueniat īpenitentē. ī moꝛtli ꝑuet he
reditate vite eterne ꝛ fruitōe ei⁹. Eſa. lix. Iniq̄tates vr̄e
diuiſerunt inter vos ꝛ deum veſtrū.

## Peccatū ideo timen- . §. II

dū eſt ꝛ cauendum. qꝛ mlt̄a nocum̄ta īfert ipi facienti. Septem nocum̄ta pcī
Naturalꝭ em̄ rō dictat vt timeat q̄s ꝛ euitet q̄ hoī plu
rimū nocēt. Precipue āt ſūt ſeptē nocumēta pcī.

Quia facit ſibiipi inimicū ꝛ odioſum.
Quia efficit ipm̄ durū et ponderoſum.
Quia conſtituit eum ſeruū ꝛ deſpectuoſum.
Quia reddit animū immundū ꝛ maculoſum.
Quia oſtendit illud fatuū ꝛ exprobroſum.
Quia inuenit eum variū ꝛ monſtruoſum.
Quia relinquit demū nudū ꝛ amaricoſū.

Quantū ad primū dare ſacra ſcriptura atteſtat̄ q̄a
pctm̄ facit hominē ſibiipi inimicū ꝛ odioſum. pſ̄. Qui
diligit iniq̄tatē odit aīam ſuā. Et Thobie. xij Qui faci
unt peccatū ꝛ iniq̄tatē hoſtes ſūt aīe ſue. Nō em̄ mai⁹
odiū ꝛ inimicicia pt̄ ad aliquē demōſtrari. q̄ꝫ cū q̄s illū
occidit ꝛ vita ꝑuat. qd̄ eſt maximū bonū in tꝑalibꝫ rebꝫ
Sꝫ vt dꝛ Sap. xvi. Per maliciā. ſ. pcī occidit hō aīaꝫ
ſuā. qꝛ ſcꝫ ꝑuat eā vita gr̄e ſi pctm̄ moꝛtl̄e ē. q̄ excedit in
cōꝑabilr̄ oīa bona tꝑalia ꝛ naturalia. Et iō dic̄ ſapiens
Eccleſia. xxi. Quaſi a facie colubri fuge pctm̄. Sic ei vi
dēs colubrū ꝓpe venientē nō expectat eū. vt magiſ videat
ſꝫ ſubito fugit. timēs ne eū moꝛdeat ꝛ occidat. ita cū ſer
pens antiqu⁹ appꝛopinq̄t ad aīam. ſua mala ſuggeſtio
ne. vt virus pcī infundat. non eſt remiſſe agendū ꝛ di
mittendū appꝛopinquare ꝑ diſcurſū cogitationū. ſꝫ ſu
bito fugiendū ꝑ reſiſtentiā ꝛ expulſionē talꝭ tēptationis
Jaco. iiij. Reſiſtite diabolo. ꝛ fugiet a vob. b. Ber. Viaꝫ
pcī īgredientibꝫ mel ꝓpiat ſophiſtic⁹. ſ. diabol⁹ ꝓgrediē
tibꝫ fel ꝛ acetū. egredientibꝫ venenū aſpidū īſanabile. In
gredientibꝫ ꝯtaminat ꝓgredientes obſcurat ꝛ obſtinat. egre
dientes exterminat. vt ī aīa ꝛ coꝛpe dānent̄ iuſto iudicio dī.
Poīt ſilitudo ī li. ꝺ ſeptē donis ꝺ duobꝫ fribꝫ fatuo
ꝛ ſapienti. Qui ſilꝭ īcedētes debuiſſēt redire ī priaꝫ ſuā. a
q̄ elōgati erāt. venerūt ad qddā biuiū vbi audierāt a pa
ſtoꝛibꝫ loci. ꝙ vna illaꝝ viaꝝ erat. q̄ directe ducebat ad
ciuitatē ſuā. q̄ vtiq̄ꝫ erat alta. arta ꝛ aſpa. ſꝫ ſecur̄ ducebat
ad priaꝫ ſuā. Altera vo via erat plāa. lata dlectabilꝭ ſꝫ ꝑl

culoſa ⁊ latronib; plena. Cumq; auditis his ſapiēs vel
let capere viā mōtuoſam ⁊ aſperā. ex q̄ ſecura eſſet. dixit
ei frater fatuus. Rogo et ne ſumam⁹ tantū laborē. ſed
eamus p iſtā aliā viā. q̄ eſt ita delectabil'. q̄uis em̄ ibi
ſint pi͡cula. poterim⁹ euadere illa diuiſis modis. Cui ſa
piens aſſenſit. Cū igit̄ pſequerent̄ p latā viā a latroni
bus capti ſpoliati. ⁊ vulnerati ſunt. Et cū fatu⁹ in foue
am pijceret̄ occidendus. ⁊ ali⁹ ligatus ad mortē ducere
tur. maledicebat ſapiēs fatuo. dicens q̄ pter ſuā fatui
tatē q̄ voluit capere viā illam ip̄e moreret̄. Rn̄dit fa
tuus. Tu poti⁹ maledicaris. qm̄ tibi poti⁹ imputandū
eſt q̄ ſciebas me fatuū. ⁊ mihi credidiſti ⁊ acqeuiſti. Ad
pp̄oſitū. Duo fratres aīa ⁊ corp⁹ ſeu affectus vel appe
titus rōnalis ⁊ ſenſualis. Sapiēs eſt anima. cui ratō di
ctat benefacere ardua v̄tutū conſcendere. Stultus ap
petit⁹ ſenſualis vel corpus q̄ nō vult niſi delectabilia ſi
bi. Cū aūt puenit q̄s ad vſum rationis. occurrit biuiū.
ſcʒ via virtutū difficilis quā ſequat̄. q̄ a paſtorib⁹. id
eſt p̄lat̄ ⁊ p̄dicatorib; ſibi manifeſtat̄. q̄ hec eſt que du
cit ad vitā. Altera aūt que occurrit. ſ. delectationū mun
di. ⁊ ſi lata videat̄ ⁊ placida. tamē plena pi͡culis ⁊ latro
nibus demonū. ⁊ ad pditionē ducit. Licet aīe ſeu ratio
ni videat̄ magis ſequēda via aſpera. quia ſecura. tn̄ al
lectus a fratre. ſcʒ appetitu ſenſuali. cui g̃uius eſt via v̄
tutum ⁊ pn̄ie. pmittit ſeduci. vt ꝯplaceat fatuo per viā
latā. p̄cipue cū multos videat ire per eā. cogitās q̄ et ſi
multa pericula inueniet. ip̄e euadet. vel ſi erret q̄ pote
rit emēdari. Pergendo igit̄ p viā latā mūdi incidunt ī
latrones demones. q̄ ſpoliant bonis ſpūalib;. ⁊ vulne
rant in naturalib;. ⁊ occidūt aīam ⁊ corp⁹ deijciendo in
foueā inferni. Un̄ Jacob;. Unuſquiſq; temptat̄ a ꝯcu
piſcētia ſua abſtractus ⁊ illect⁹. Deinde ꝯcupiſcētia cuʒ
ꝯceperit parit pctm̄. Pctm̄ vero cū ꝯſummatū fuīt ge
nerat mortē. Et pauci ſūt q̄ per pn̄iam redeant ad viam
ſalutis. vt ſperāt. potius p̄ſumunt. Jn inferno aūt poſi
ti anima ⁊ corp⁹ poſt finē vltimū cōquerit̄ aīa de corpe
q̄ noluit laborare. ſed magis rōnabiliter corpus de ani
ma. que vt domina eius ⁊ ſapiens noluit refrenare. et
ſibi ſubiectum facere.

## Secundū nocumen. §. III.

tum q̄d facit pctm̄ anime. pp̄ter q̄d eſt timendū ⁊ abij
ciendū eſt. q̄ facit hoīem durū ⁊ ponderoſum. Und̄ de
diabolo dicit̄ ⁊ mēbris eius ⁊ reprobis Job. xli. Cor ei⁹
indurabit̄ quaſi lapis. Et de pharaone obſtinato. Jn
duratū eſt cor pharaonis. Nec eſt credendū vel dicēdū
q̄ iſtā duritiā cauſet de⁹ in malis. q̄ apl's dicat ad Ro.
ix. Cui vult deus miſeret̄. ⁊ quē vult indurat. Jndurā
re deus dicit̄. q̄ indurare pmittit relinquēs hoīem arbi
trio ſuo de meritis ei⁹. vt dic̄ beat⁹ Aug. xxiij. q. iiij. Na
buchodonoſor. Et quāto q̄s magis pmanet in pctō. tā
to magis obdurat̄. Poeta Ouidius. Qui nō eſt hodie
cras min⁹ aptus erit. Sen̄. Peccata iuuenū p̄dicantur
in quale. q̄ fiunt debilia de facili. Pctā ſenū p̄dicant̄ in
quid. q̄ eis quaſi ſubſtantial'r adherēt. Cū em̄ pmanen
do in peccatis q̄ſi impoſſibile eſt. quin illa iterēt. vl' alia
pperrent iterando. frequēter trahunt̄ in ꝯſuetudineʒ. q̄
cum ſit quaſi altera natura ſm̄ ph̄m. ſicut naturalia tol
li nō poſſūt. ita tales obdurati raro reuertunt̄ ad deum
eā dimittēdo niſi in magno miraculo. Ut patet exēplū
Exemplū de illo ſene nicolao luxurioſo. q̄ cum pp̄oſuiſſet abſtinere
a voluptatib; carnis. ⁊ pp̄ter h̄ etiā portaret euangeliuʒ
in ſinū ſuū quaſi in ſui adiutoriū. deuictus ex mala cō
ſuetudine. ſtimulatus a ꝯcupiſcētia acceſſit ad pſtibu
lum ad ſcelus ppetrandū. Sed clamauit meretrix con
tra eū. Egredē ſenex. q̄ video ſup te mirabilia. Habeba t
em̄ ſecū euangeliū. Qui ꝯpunctus acceſſit ad b. andreā
aplm̄ narrans factū ſuū. Pro q̄ orans diu dn̄m pro re
miſſione peccatoꝝ illi⁹ ⁊ ꝯtinentia audiuit vocē de celo
dicentē ſe exauditū. ita tn̄ q̄ ⁊ ſenex pn̄iaʒ ageret ſex mē
ſibus ieiunādo ⁊ orādo. Hec ergo agens. ⁊ pauperibus
cūcta diſtribuēs ſalutē obtinuit ⁊ caſtimoniā. Quantū
aūt ſit pi͡culoſa ⁊ pnicioſa iſta obduratio. oñdit. b. Ber.
in li. ad Eugeniū papā de ꝯſideratōe dicēs. Nemo du
ri cordis ſalutē vnq; adeptus eſt. niſi forte cui deus ab
ſtulit cor lapideū. ⁊ dedit ei cor carneū. Jpm̄ em̄ cor du
rū eſt q̄d nec ꝯpunctiōe ſcindit̄ nec pietate mollit̄. nec
p̄cibus mouet̄. minis nō cedit. flagellis obdurat̄. Jng̃
tum ad beneficia. infidū ad cōſilia. promptū ad iudicia.
inuerecundū ad turpia. impauidū ad pi͡culoſa. inhuma ſ.q.pte
nū ad hūana. preteritoꝝ obliuiſcēs. pn̄tiū negligens. futu ti.iiij.c.ſ
rū nō pſpiciens. Et breuiter vt cuncta vno v̄bo comp iij.z.ti.vi
hendā. Jpm̄ eſt. q̄d nec deū timet nec homines reueret̄. iij.c.iſ
De quo dr̄. ſ. Eccl'ia. iij. Cor durum male habebit in no
uiſſimo. Hodie igit̄ ſi vocē eius. ſcʒ dei audieritis. nolite
obdurare corda veſtra. Nam ip̄a duritia facit hominē
ponderoſum. Eſt em̄ pctm̄ vt quoddā pondus aīe. ſm̄
illud ps̄. Sicut onus graue grate ſunt ſup me. ſ. iniq̄ta
tes. Peccatū aūt ſm̄. b. Grego. q̄d p penitentiā mox nō
diluit̄. ſuo pondere ad aliud trahit. Quāto igit̄ q̄s ma
gis indurat̄. tanto pctā multiplicat. ⁊ per ꝯn̄s pondero
mendũ. ne ingrati inueniamur. Nam quãto plura nob
beneficia collata ſunt. tanto maiora ſupplicia preparata
ſi ſalutẽ noſtrã neglexerimꝰ. Sed econtra vltra p̃dicta
bona multa habemꝰ hic ꝛ in patria. ſi timuerimꝰ deum
ꝛ fecerimꝰ bene. vt ait thobias filio. Thobie. iiij. De
hmõi puidẽtie beneficijs dicit be. Berñ. in li. de ↄſider.
Amat deꝰ vt charitas. nouit vt ỹitas. ſedet vt equitas.
dñat vt maieſtas. regit vt ꝑncipiũ tuet vt ſalus. opat
vt ỹtus. rutilat vt lux. aſſiſtit vt pietas. Quid ergo ẽ de
us quo ad vniuerſos ſpectat finis. Quo ad deitationez
ſalus. Quo ad ſeipm nouit. Quid eſt deꝰ. volũtas. omĩ
potentia. beniuolẽtia. virtus. lumẽ eternũ. incõmutabil
ratio. ſumma beatitudo. creans mẽtes ad ſe pticipãdũ.
viuificãs ad ſentiendũ. afficiẽs ad appetendũ. iuſtificãs
ad pmerendũ. dilatãs ad capiendũ. accendẽs ad zelum.
fecundãs ad fructũ. dirigẽs ad equitatẽ. informãs ad be
niuolentiã. moderãs ad ſapiam. roborãs ad virtutẽ. viſi
tans ad ↄſolatiõem. illuminãs ad cognitiõem. ppetuãs
ad immortalitatẽ. impellẽs ad felicitatẽ. circũdans ad ſe
renitatẽ. Hec be. Berñ. Hec oĩa ſumma puidet beni
uolẽtia. Vñ ſm Joh. damaſ. deus grece dicit theos. Et
theos vno mõ dicit a then qd eſt circũire ꝛ fouere. quia
ỹtute ꝛ influxu ſuo oĩa circũiens. oĩa fouẽs. oĩbꝫ puidet.
ſm illud ps. Apis tu manũ tuã ſcꝫ puidentie. ꝛ imples
oĩe aĩal benedictõne. Timeat ergo deũ oĩe ſemẽ iſra
el. i. oĩes fideles. ait ps. Qui non ſpreuit neꝙ deſpexit
deprecatiõem paupis. Paupis dico naturali ſenſu. pau
peris eterna ſubſtãtia. paupis ỹtute grẽ. paupis ſpiri
tu. ſed oĩbꝫ puidet p capacitate ſua. Et timor dñi preci
pue reuerẽtialis. de quo eſt ſermo. gloria. ꝛ gloriatio. leti
cia. ꝛ corona exultatõis. vt dr Eccl. i.

# Titulus decimuſquitus.

de bono pietatis.

De pietatꝫ eminẽtia ꝛ dignitate. Ca. j.

D E dono pietatis vi
denda ſunt tria. Eminẽtia dignitatꝫ. exi
ſtentia eius qualitatis. ꝛ pmanẽtia eternitatis. Pro de
claratione p̃mi ſciendũ ſm be tho. ij. ij. q. cxxi. ar. i. ꝙ do
na ſpũſſancti ſunt quidã habituales diſpoſitões aĩe.
quibꝫ aĩa eſt pmpte mobilis a ſpũſancto. Inter ceteras
aũt motiones que ſunt a ſpũſancto. mouet ſpũſſanctus
ad hoc ꝙ affectũ quendã filialẽ habeamꝰ ad deũ vt pa
trem ſm illud apli ad Ro. viij. Accepiſtis ſpm adoptio
nis filioꝝ dei. in quo clamamꝰ abba pater. Pietas ḡ
ſm ꝙ cultũ. i. reuerentiã exhibet deo p inſtinctũ ſpũſſã
cti eſt donũ ſpũſſancti. Põt aũt ↄſiderari excellẽtia hu
ius doni q̃ꝫtum ad tria ſcꝫ q̃ꝫtum ad ſuã regulã. q̃ꝫtum
ad ſuã differentiã. ꝛ q̃ꝫtum ad efficaciã. ſeu vtilitatem.

Pietatis excellẽtia ↄſideratꝰ q̃ꝫtuꝫ ad tria

Quantũ ad p̃mũ certũ eſt ꝙ q̃ꝫto regula dirigens
eſt nobilior. tanto actus illa regula regulatus ꝛ menſu
ratus eſt nobilior. Sed ỹtus accipit pro regula aliquid
humanũ ſcꝫ dictamẽ rõnis. Donũ vero accipit p regla
aliquid diuinũ ſcꝫ inſtinctũ ſpũſſancti. verbigratia, In
horribilibꝫ fugiendis vel pſequẽdis differenter dirigit
fortitudo. que eſt ỹtus ꝛ fortitudo que eſt donũ. qr p for
titudinẽ q̃ eſt ỹtus hõ aggredit terribilia ſm ỹtutẽ hu
manã. Sed p fortitudinẽ que eſt donũ hõ aggredit ter
ribilia vtẽs diuina potentia p confidentiam quaſi ſua.
Similiter ſe hꝫ in cõmunicatõnibꝫ q̃ ſunt ad alteꝝ pie
tas ỹtus. ꝛ pietas donũ. qr pietas q̃ eſt ỹtus accipit p
regula ꝛ mẽſura aliqd humanũ puta obſeruans vel de
bitũ vel ↄgruũ eiꝰ qui cõicationẽ facit. Sed pietas q̃ ẽ
donũ in cõicatõibꝫ accipit p regula ipm deũ. qr cõicat ſe
ad alteꝝ. vtẽs deo quaſi ſeipo. vt ſcꝫ ea q̃ ipm decẽt i hu
iuſmodi cõicationibꝫ quaſi deo vnitꝰ exequat. Vñ dñs
ad bñficientiã exẽplo celeſtis patris exhortat. qui ſolez
ſuũ oriri facit ſup bonos ꝛ malos. Sic ergo pꝫ differen
tia. qr in alijs cõicatiõibꝫ põt attẽdi aliqua hũana ratõ
cõicãdi alteri vel liberalitas in paruis donis. vel magni
ficentia in magnis. vel iuſticia in debitis. vel decentia in
gratuitis. qr talem dare decet. vel vtilitas vel aliqd hũa
num. Sꝫ ꝙ rõ his terminis nõ claudit. vt hõ tm̃ tribu
at hoĩ q̃ꝫtũ debet. vel q̃ꝫtũ expedit ei q tribuat. ſed q̃ꝫtũ
eſt a deo acceptũ diuinũ bonũ qd in ſe vel in pximo re
lucet. hoc ſupra hũanũ bonũ eſt. Et hoc fit p donũ pie
tatis. hec be. tho. in ſcripto ſup. iij. ſentẽ. di. xxxiij. arti. ij.

Scdo põt ↄſiderari excellẽtia huiꝰ doni pietatis q̃ꝫ
tum ad ſuã differẽtiã. Poſſet enĩ aliqs dicere ꝙ pietas
nõ eſt donũ ſed ỹtus. qr Grego. i. moral. dicit ꝙ pietas
idẽ eſt qd mĩa. ſed mĩa eſt ỹtus. iõ opat ſm hũanũ mo
dum. ergo ꝛ pietas nõ eſt donũ. ſed ỹtus opans ſm hũa
num modũ nõ diuinũ. Rñdet ꝙ mĩa ꝛ pietas i hoc dif
ferunt. quia mĩa ſtudet ad reuelandũ miſerias pximoꝝ
ex eo ꝙ pximi ſunt ei ↄiuncti vel ꝓpinquitate ſanguinis
vel familiaritate. vel ſaltẽ nature ſimilitudine. In omni
bus enĩ miſcdis accipit pro mẽſura aliquid humanũ ſi
cut alie virtutes. Sed pietas q̃ eſt donũ ſpũſſancti mo
uet ad releuandas miſerias pximoꝝ ex aliquo diuino
ſcꝫ inq̃ꝫtũ ſunt in filio dei vel diuia ſilitudine inſigniti.
ita ꝙ mĩa in ſuo actu vtit aliqua regula hũana. ſed pie
tas que eſt donũ vtit regula diuina. Et p hoc patet ꝙ
pietas eſt potior miſcdia. ſicut donũ pfectiꝰ virtute. Hec
be. tho. ſup. iij. ſen. di. xxxiij. ar. v. Tertio põt ↄſiderari
eminẽtia huiꝰ doni q̃ꝫtum ad reuerentiã ſic. Quãto ali
quid mõ nobiliori deo cultũ ꝛ reuerentiã exhibet. tanto
eſt excellentius. Sed hoc facit pietas prout eſt donum
ſpũſſancti. Qd quidẽ probat. tum cõparãdo pietatem
ad ỹtutẽ religionis. tum cõparãdo ipam pietatẽ put eſt
donũ ad eam q̃ eſt ỹtus. Et inq̃ꝫtum ad religionẽ cõpa
rat. licet religio que exhibet cultũ deo ſit potior pietate q̃
eſt virtus exhibens cultũ ꝛ reuerentiã patri carnali. tñ
pietas que eſt donũ eſt nobilior religione. quia exhibere
cultũ deo vt patri. qd facit pietas que eſt donũ excellen

pietas ꝛ miſericor dia in hoc differunt

tis eſt ꝙ̃ exhibere cultū deo vt creatori ⁊ dño. quod facit religio. Ex quo patȝ pietatē donū excellenti⁹ religione virtute. ſm bea. tho. ij. ij. q. cxxi. arti. i. Comparādo autem pietatē donū ad ipam ꝑut eſt virtus. etiā ꝓbaꝛ pietatem donū excellentiorē ea inq̃ʒtū virtus. Ex eo videlicȝ ꝙ pietas donū reſpicit in actu ſuo aliqd diuinū vt filiatiōem diuinā ꝑ grām. vel diuinā ſilitudinē. Sȝ pietas virtus aliqd humanū vt familiaritatē ꝓpinqtate vel nature ſimilitudinē. Et ſic patet ꝙ eſt potior. vt dctm̄ eſt. ſ.

## In quo aūt conſiſtat §. I.

Pietas donū habȝ .v. act⁹ in via.

In quo aūt conſiſtat ita queſites mētis ſcȝ pietas donū. q̃ʒtū ad actū eius. Sciendū ſm be. Tho. ſuꝑ. iij. ſen. di. xxxiiij. art. v. ꝙ pietas donū hȝ in via qnq̃ʒ actus. ſed vnū ꝑncipalē. alios quatuor ſecūdarios. Prim⁹ ergo actus ei⁹ eſt quē habet in via. deo cultū. id eſt reuerētiā exhibere. nō ſolū ꝓpter debitū ſed ⁊ ꝓpter ꝯdignū. q2 deus honore ⁊ reuerētia eſt dign⁹ interiori affectu ⁊ exteriori actu vt fit ī proſtratōnibȝ. genuflexionibȝ. inclinatōnibȝ. ⁊ ſacrificijs. ex hoc Malach. i. Fili⁹ honorat patrē ſuū. Et ſi ego pr̄ veſter. vbi eſt honor me⁹. ait ipe. Deute. xxxij. Nunqd non ipe eſt pater tuus qui poſſedit ⁊ fecit ꝗ ad corpus. ⁊ creauit ꝗ ad aīam te. Vñ apl's ad Titū. Sobrie ſcȝ ꝗ ad ſe. iuſte ſcȝ quo ad ꝓximū. pie ſcȝ quo ad deū viuam⁹ in hoc ſeculo. expectātes ⁊c. Secūdus act⁹ eius ꝓpter dī reuerētiā etiā ſanctos honorare. q2 ſunt tēpla dei. ⁊ organa ſpūſſancti. i. Cor. vi. An neſcitis. q2 templū dñi eſtis vos ⁊ ſpūſſanct⁹ habitat in vobis. Et alibi Honore inuicē ꝑuenientes. ⁊ ꝑcipue ꝑſidētes ꝗ in regimīe repſentāt ꝑſonā dei cūcta regētis. Petrus in canoñ. i. Regē honorate. Et be. Aug. in regula. Honore corā deo ꝑlatus ſit vobis. Hui⁹ rō eſt. q2 ſicut actus pietatis q̄ eſt virtus. eſt nō ſolū exhibere cultū ſeu reuerentiā patri carnali. ſȝ etiam oibȝ ſanguine iunctis. ſm ꝙ ꝑtinēt ad patrem. ita et actus pietatis q̄ eſt donū nō ſolū deo. ſed ⁊ oibȝ q̄ pertinent ad deū ſibi ꝯiūctis ꝑ grām vel ꝑ ꝑſidētiā. ⁊ hmōi. Apl's. i. ad Thi Sectare iuſticiā. pietatē. fidē. caritatem. patiam ⁊c. Terti⁹ actus pietatis q̄ eſt donū. eſt ſcripture ſacre intellecte nō ꝯtradicere. cū ſint vba dei. Que enī aliqs venerāt ⁊ colit. ei⁹ etiā vba in reuerētia hȝ ⁊ nōſim pugnat. niſi falſa repirenꝛ. Nam vt ait phs. Duobȝ amicis exiſtētibȝ platone ⁊ vitate ſanctū eſt ꝑhonorare vitatē. Et q2 in vbis ſcripture ſacre nō pōt eſſe falſitas. iō ſpcet ſi nō intelliganꝛ veneranda ſunt. Hūc actū eſſe pietatis ponit Aug. in li. de doctrina xpiana. i. ad Thim. iij. Manifeſte magnū pietatis ſacrm̄ qđ manifeſtū ē ī carne iuſtificatū ⁊c. Quart⁹ actus ei⁹ eſt ꝯſtitutis in miſeria ſubuenire. Et rō eſt. q2 ſm be. Greg. i. moral. idem eſt qđ mīa ſcȝ in actu exteriori q̄ eſt ſubuenire miſerie proximi. differūt tñ ī motiuo miſerēdi. vt ſupra dctm̄ ē. Miſericordia aūt miſerie ſubuenit. Et ſm hoc be. Greg. ibi dicit. ꝙ pietas inſiſtit opibȝ mīe. Et ſm hoc etiā dic be. Hiero. vel Aug. ſm alios. Nō memini me vidiſſe aut legiſſe mala morte ꝑiſſe ꝗ exercuit opa pietatis. q2 ſcȝ ſi peccator talis eſt. opa illa pietatis ꝓcurat ſibi ꝯpunctiōem ⁊ reuerſiōem ad deū. Quint⁹ actus eſt ſine offenſiōe ī medio nationis praue ⁊ ꝑuerſe ꝯuerſari. ⁊ inter eos conuiuere. vt dicit be. Aug. in li. de doctrina xpiana. Vñ et petrus in. ij. canoñ. ca. ij. ait de Loth. Aſpectu quidem ⁊ auditu iuſt⁹ erat. habitās inter illos q̄ de die in diē aīaȝ ei⁹ iniqs opibȝ cruciabāt. Nouit aūt deus pios de tētatione eripere. Oēs hi actus vnā ⁊ eandē regulā ⁊ mēſurā habēt ſcȝ diuinā reuerētiā. q̄ ipe de⁹ eſt dign⁹. vel honorem quo de⁹ eſt dign⁹. Et iō actus pietatis q̄ eſt in via ē vnus q̄ eſt ꝑcipuus ⁊ ꝑncipalis ad quē alij oēs reducūtur vt ad cām ſuā. vt dicit be. Tho. vbi. ſ. Vñ apl's ad Thi. ij. Mandat oratōes ⁊ obſecratiōes fieri in eccleſia ꝑ his q̄ ſunt in ſublimitate ꝯſtituti. vt tranquillā vitā ⁊ quietā agam⁹ in omī pietate ſcȝ reuerētia diuini cul⁹. Et di. xli. ca. ꝑ ſimoniā dicit. Pietatē in ꝑuatis domibȝ nō ꝯcludētes oēm locū in noīe dei edificatū honoram⁹. Et ꝯgregatiōem in eccleſia factā ad vtilitatē cōmunem recipim⁹ ⁊ bona opa que ſupra vires in fratres paupes exercenꝛ ſm eccl'iaſticas traditōnes beatificam⁹. Itē be. Aug. ſuꝑ pſalterium. Si aliqñ humana infirmitate pedes noſtri in aliqđ peccatū mouenꝛ. inſurgūt lingue iniquiſſime inimicoꝝ. cum fuiſſet miſerendū. irridēt impij vnde pij dolent. v. q. v. §. Sed aliud.

## De permanētia pieta. §. II

De permanētia pietatis ⁊ efficientia ſeu vtilitate. Sciendu ſm bea. Tho. ſuꝑ iij. di. xxxiiij. ar. v. ꝙ actus pietatis remanebit in patria q̃ʒtū ad ſuā menſurā ⁊ regulā ad quā pietas attēdit ſcȝ adherere ipi deo. Et etiā q̃ʒtū ad eos quibȝ beneficia ꝑſtare paratus erat ſcȝ q̃ʒtū ad effectū vt ſcȝ beniuolentias eis ſeruet. ⁊ de oibȝ coꝝ bonis habeat gaudiū ⁊ leticiam. vñ in eis nō erit cōmunicatio ad ſupplendā negligētias ſicut eſt apud nos. ⁊ ꝑ ꝯñs iſte actus pietatis qui eſt in via ſubuenire ſcȝ ꝯſtitutis in miſeria. nō erit in patria. q2 nulla ibi negligētia. nulla miſeria. q2 oēs ſuā ſufficiētiā a deo accipiēt. Erit tñ in eis cōicatio ad augendā leticiam ſm modū illius patrie ſm quē ſuꝑiores aliquid influūt in inferioribȝ. vt dicit Dyoniſi. Vñ poſt diē iudicij ⁊ ante ꝑcipuus actus pietatis qui ē donū ī patria. eſt reuereri deū in affectu filiali. qui ꝑcipue tūc erit ſm illud Sap. v. Ecce quō cōputati ſūt inter filios dei. Erit etiam mutua honoratio ſanctoꝝ adinuicē. Nunc autem ante diē iudicij miſerenꝛ ſancti etiā eos qui in ſtatu huius miſerie viuūt. hec bea. Tho. vbi ſupra. De vtilitate ⁊ efficiētia pietatis nota qđ ait apl's. i. ad Thi. iiij. Exerce teipm̄ pietatē. Nam corꝑalis exercitatio ſcȝ ieiuniorum ⁊ abſtinētie ⁊ hmōi ad modicū quidem vtilis eſt. Pietas aūt ad oīa valet ꝓmiſſionē vite que nūc ē habens ⁊ future. Scribēs aplus ad Titū epm̄. oſtendit ꝙ epiſcopus ⁊ quilibet miſcđie viſceribȝ totus debet effluere. qđ ſignificat illa abundās inunctio capitis eorum in ꝯſecratōne ipoꝝ. Hinc eſt ꝙ de tumbis quorūdaȝ ſanctoꝝ qui in miſcđie ⁊ pietate fuerūt ꝑcipui. oleū manat. vt bea. Nico. be. Cat. be. ⁊ be. walpurgis. ⁊ in huius figurā in veſtibȝ ſūmi ſacerdotis pendebāt malogranata intexta. que cū refrigerēt innuebat ꝙ miſcđia ꝑſidentiū debet ſubditos refrigerare. Valere aūt dicit pietas ad oīa. Ad tempalia quidē ſm illud Prouerb. xxviij. Qui dat pauꝑi nō indigebit. quimmo nō ſolum ſufficientiā ſed abundentiā habebit. Prouerb. xiiij. In oīm opere bono erit abundātia. ſicut legiꝛ de ſancto Johanne patriarcha alexandrino ꝑijſſimo ad pauperes. q̄ quanto plus dabat pauꝑibȝ. tanto plus ei deus mittebat ꝑ diuerſas ꝑſonas ad diſtribuendū. Valet ad ſpiritualia ꝓmerenda. Vnde beat⁹ Ambroſ. Omis ſumma chriſtiane religiōis in miſericordia ⁊ pietate cōſiſtit. quā aliquis ſequēs ⁊ ſi lubricum patiaꝛ carnis. ſine dubio vapulabit ſed nō ꝑibit. Qđ oportet ſane intelligere quia vel intelligiꝛ de eo q̄ ⁊ in lapſu carnis cecidit in ꝑteritum. iſm penituit. ⁊ abſtinere diſpenit. Vel ſi intelligitur de eo qui opa pietatis exercet in mortali exiſtens: tūc opa pietatis valēt ſibi ad ꝓcurandū gratiam occaſionaliter non cauſaliter. Nam dicta opera pietatis ſunt occaſiones. vt adiutus precibȝ eoꝝ quibȝ exercet exeat de peccato. Valet ad eterna promerēda. Unde Hieronim⁹ ait. Pietas expectat beatā ſpem ⁊ aduentū glorie magni dei. Sicut enī impietas magni dei formidat aduentum. ita pietas de ſuo opere ſecura ⁊ de fide iudiciū preſtolatur. Et quia ſumme pietas fuit in virgine

ſ. de miſ. ⁊ ei⁹ multiplici vtilitati. tit. v. ca. xviij.

et eſt ſup oīes ſanctos ⁊ ſanctas. cui cantamus. O cle
mens. o pia. o dulcis ỽgo maria. Jdeo de ipā virgīe ma
ria vt fonte pietatis. ſiue q̄ʒtū ad actū diuini cultus et
reuerētie. ſiue q̄ʒtū ad actū miſerationis ⁊ ſubueniendi
paupibꝫ. ſubſequēter in iſto titulo diffuſi⁹ agem⁹ per ca
pitula diſtinguendo ⁊ p modum predicatōnis.

Q virgo maria eſt mater noſtra quadrupliciter.

Capitulum ſecundum.

**Ecce mater tua. Johā**
nis. xix. loquit̄ de iſta matre pš. dicēs. Ma
ter ſyon dicet homo. homo nat⁹ eſt in ea ⁊ ipe fundauit
eam altiſſim⁹. Hec ſm trāſlatōem. lxx. quā ſequit̄ beat⁹
Aug. ſup pſalteriū. ⁊ obſcura ſatis eſt locutio. Pōt autē
ſic exponi. homo dicet ſyon mater. Sʒ videndū eſt. q̄s ē
iſte hō qui dicit. cui dicit ſyon. de qua matre dicit. Eſt
aūt hō iſte dn̄s ieſus de⁹ ⁊ hō de quo ꝓphete. Ecce veni
et de⁹ ⁊ hō. homo vtiq̄ʒ aīal ratōnale. ab initio ſol⁹ ſue
ꝯceptōnis ratiōe vtens vt pfectus om̄i ſapīa ⁊ gratia. ⁊
inter natos nunq̄ʒ a rōne deuiās. Jpe eſt ille hō. q̄ nat⁹
eſt in ea matre. que eſt. ⁊ ciuitas dei dicit̄. nō ex virili ſe
mine. ſed qđ in ea natū eſt. de ſpū ſancto eſt. Math. i.
Et ipe idē hō eſt altiſſim⁹ deus. qui ſol⁹ altiſſim⁹ funda
uit eam ciuitatē in qua habitauit nouē mēſibꝫ vt matre
ſua. Si queris cui ſyon dicit. Rn̄deo q̄ ſyon ſpūali. i.
eccleſie. Jnterp̄tat̄ enī ſyon ſpeculatio. ibi in ſyon erat tē
plum dn̄i. in quo ver⁹ cultus exercebat̄ offerēdo oblatō
nes ⁊ ſacrificia vero deo. Significat igit̄ apte eccl'iaʒ ſā
ctam in qua ſpeculamur deū in militāti p fidē. in trium
phanti p ſpem. Et in ea ſola vere colit̄ deus. ⁊ offerūtur
ſacrificia vera bonoꝝ opeꝝ. q̄ deo ſunt grata ⁊ nō extra
eam. Quid aūt dicit iſte hō Jeſus ſyon. i. eccl'ie illud
mater ſcʒ eſt tibi patrē habebas miſericordiaꝝ accipe ⁊
matrē toti⁹ cōſolatōnis ⁊ miſerationū. Ecce mater tua
o ſyon. o eccl'ia. q̄ eſt mater mea volo vt ſit ⁊ mater tua.
Mea eſt mater naturalis. tua ſit mater ſpiritualis. Ec
ce mater dei ſaluatoris. eſt mater petōꝛs i eccl'a. Sʒ iu
deus hoc vt pfidus nullo mō vult credere q̄ beata ma
ria ſit mater dei ⁊ homīs. Et ſm hoc dicit trāſlatio no
ſtra q̄ fuit be. Hieronimi. Nūq̄d ſyon dicet hō. homo ſcʒ
q̄cūq̄ʒ q̄ʒtūcūq̄ʒ ſinglarꝭ p̄dicatoꝛ ⁊ doctoꝛ. nūq̄d dicet ſy
on. i. ſynagoge ſeu populo iudeoꝝ. cui⁹ cultus erat pro
pter templū in materiali ſyon. Jſtā ỽitatē mirabilē quā
ſubdam. ita vt credāt eā. q. d. nō. Neq̄ʒ petrus neq̄ʒ pau
lus. ſed neq̄ʒ ipe xp̄s dixit hāc ỽitatē ꝓplo iudeoꝝ q̄ vo
luerit credere. Ecce ỽitas quā nō vult credere ⁊ iō vt p
fidi damnant̄ hō nat⁹ eſt in ea ciuitate dauid. i. virgine
maria. ⁊ ipe natus in ea. xp̄s eſt ille altiſſim⁹ de⁹ qui ſo
lus ſanct⁹ p eſſentiā. ſol⁹ dn̄s p vniuerſalē ꝓuidentiam.
ſol⁹ altiſſim⁹ p om̄ipotentiā. qui fundauit ⁊ fecit ciuita
tem iſtā ỽginē gl'ioſam. quā inhabitauit. Jdem vnus
de⁹ ⁊ hō. vna pſona fundatoꝛ ⁊ creatoꝛ virginis p diui
nitatē nat⁹ in ea p humanitatē. Sʒ tu fidelis q̄ credis
beatā ỽginē matrē dei ⁊ hoīs. ⁊ ſm hanc fidē recte ee
uerſaris. Ecce mater tua. Johā. xix. Jmpatoꝛ celeſtis do
minus Jeſus xp̄s in throno crucis reſidēs p hoc dictū
ſuo oꝛe ꝓlatū loquēs iohāni matrē ſuā ỽginē ei dedit in
matrē. ipm iohannē matri ſue adoptās filiū. Nec virgo
mater. ⁊ ſi longe inferioꝛē ab eo indignata eſt talē filiuʒ
ſuſcipe. Et iohānes ipe. ⁊ ſi tali ⁊ tam digniſſima matre
ſe indignū agnoſceret intelligēs ſui ꝓfectū. cū om̄i reue
rētia ex illa hora accepit eam in ſuā ſcʒ matrē. Quia ve
ro iohānes interp̄tat̄ in quo eſt gr̄a. cuilibet etiā q̄ iohā
nes dicit̄ ⁊ exiſtit. nō noīe ſed ei⁹ interp̄tatiōe. in quo. ſ.
eſt gr̄a gratū faciēs. dat̄ virgo maria in matrē. vt dici
poſſit. Ecce mater tua. Anſelm⁹. Mater dei facta ē ma
ter noſtra. Et vere optime pijſſima ⁊ pfectiſſima mat̄
om̄ibꝫ modis. Sicut enī pater dicit̄ aliq̄s genitura. cu
ra. etate. honoꝛe. affectu. Sic oībꝫ his modis beata vir
go mater nobis eſt. Primo enī ſicut xp̄s nos genuit ver
bo ỽitatis ad eſſe ſpūali grē. qđ pfecti⁹ eſt q̄ʒ eſſe natura
le in cruce patiēdo. ita ⁊ beata virgo nos genuit ⁊ pepe
rit in maxis doloꝛ⁹ filio cōpatiēdo penas immēſas p
nobis patiēti. ita exponit Albert⁹ magn⁹ illud Eſa. vl.
Parturiuit ſyon filios ſuos. i. btā virgo maria. que ſpe
culabat̄ miſteriū paſſionis. Jnterp̄tat̄ enī ſyon ſpecula
tio. Parturiuit ſumme ꝯdolēdo in paſſiōe filij. Se
cundo mater eſt cura. Eſa. xlix. Nunq̄d pōt mulier obli
uiſci infantē ſuū. vt nō miſereat̄ filio vteris ſui. q. d. nul
lo mō ſed magnā curā hʒ vt ꝓuideat ei de nutrimēto et
neceſſarijs. Et q̄ʒuis amoꝛ patris ad filiū ſit ſolidioꝛ. a
moꝛ tn̄ matris eſt tenerioꝛ. Et hinc eſt q̄ puulus magis
recurrit ad matrē p his que vult q̄ʒ ad patrē. q2 expitur
magis a matre q̄ʒ a patre obtinere qđ petit. O quanta
eſt cura beate ỽgini de nobis. O his apit ſinū miſcdie
ſue. nec eſt qui abſcōdit ſe a caloꝛe beneficioꝝ ei⁹. Sile
at miām tuā o virgo beata. Ait be. Bern̄. Quicunq̄ʒ i
neceſſitatibꝫ ſuis te inuocantē ſibi deeſſe ſenſerit. Sicut
curā habuit vt ꝓuideret apud filiū de defectu vini ī nu
ptijs in chana galilee celebratis. Et qđ ait ſapiēs. Ubi
nō eſt mulier ingemiſcit eger. Et vere pōt īcelligi đ hac
muliere quā fili⁹ ſuus ſic vocauit. cū ait. Mulier ecce fi
lius tuus. Nō repit̄ aliquē ſanctoꝝ ita cōpati ⁊ adiuua
re in infirmitatibꝫ ſpūalibꝫ ⁊ coꝛpalibꝫ egris pſonis ſic
mulier hec beata ỽgo maria. Tertio mater eſt antiq̄
tate. ſicut homīes antiqui dicunt̄ patres. ſic ⁊ mulieres
antique matres. Sed que antiq̄oꝛ btā ỽgine maria. Ab
initio inquit ⁊ ante ſecula creata ſum. ⁊ vſq̄ʒ ad futuruʒ
ſeculū nō deſinam. Eccl'i. xxiiij. Creata ſiquidē fuit ī mē
te diuina ante ſecula. i. p̄deſtinata. vt eſſet mater dei. et
inde mater noſtra. Nec vſq̄ʒ ad futuꝝ. i. ad aliā vitā pa
trie poſtq̄ʒ fuit in mūdo nata. nō deſinit pietatē ⁊ miſe
ricoꝛdiā exhibere inuocantibꝫ eam. Eſt ergo antiquita
te maria mater. Quarto eſt mater dignitate ⁊ honoꝛ
re. Sicut qui ſunt in dignitate cōſtituti dicunt̄ patres.
ita ⁊ mulieres in dignitate p̄latienis dici pn̄t matres.
vn̄ abbatiſſe dicunt̄ p̄late quaſi matres. Sed q̄ digni
oꝛ. q̄ ve honoꝛabilioꝛ. ⁊ cunctis p̄ſidentioꝛ beata ỽgīe ma
ria. Regina eī dicit̄ celoꝝ in antiphona eccl'ie. dn̄a ange
loꝝ mater dn̄i ⁊ ñantiū omni vtiq̄ʒ laude digniſſima.
q2 ex ipā oꝛtus eſt ſol iuſticie xp̄s de⁹ noſter. Quīto
ex maxima affectione ad bonū populi iudeoꝝ Razias
dicebat̄ pater coꝝ. vt. ij. Macha. penul'. Sed nunq̄ʒ fu
it aliquis ſanct⁹ vel ſancta ita affecta ad ſalutē ⁊ omne
bonū populi chꝛiſtiani. ſicut beata virgo maria. Unde
cum xp̄us vellet tribus lanceis mundum perdere ꝓpter
tria vitia mūdi. ſcʒ ſupbie. auaricie. ⁊ luxurie. Beata vir
go p̄cibꝫ ſuis obtinuit dilatōem ſentētie. dicēs ſe miſſu
ram in mundū ad predicandū beatū Dominicū ⁊ btm̄
franciſcū cum ſuis. ⁊ vt ſic reducerent̄ vt habet̄ in leg̃
da beati Dominici. Ecce igitur mater tua.

**Sed qualis ſit iſta ma. §. I**
ter. ipe declarat ſic de ſe loquēs ſeu eccl'ia in pſona eius.
Eccl'i. xxiiij. Ego mater pulcre dilectōnis timoꝛis ⁊ agni
tionis ⁊ ſancte ſpei. Matrem ſe haꝝ quatuoꝛ ỽtutum
dicit. quia eas in mente ꝯcepit p infuſionē gratie. ⁊ par
turiuit iſtos filios. qñ ad actū haꝝ ỽtutū proceſſit. Pri
mo pulcre dilectōnis p eximiā charitatē. Scđo timoꝛis
reuerētialis p ꝓfundiſſimā humilitatē. Tertio agnitio
nis ſcʒ fidei p firmiſſimā veritatē. Quarto ſācte ſpei ad
omne bonū ⁊ ſupnam felicitatem. De p̄mo Canti. ij.
Jntroduxit me rex in cellā vinariā ſcʒ ⁊ introduxit ī me
charitatem. De ſecūdo Luce. i. Turbata eſt in ſermone

tius. ⁊ laude ꝓpter humilitatẽ. De tertio Luce. i. Beata
que credidiſti. beat⁹ Auguſti. Prius ꝯcepit fide q̃ꝫ car
ne. De quarto Ecci. xxxiiij. In me omĩs ſpes vite ⁊ ꝟtu
tis. Extende vt placet. Ex his etiã verbis innuit̃ re-
ſpectu quoꝝ ſit mater adoptiua. Cum enĩ vt dictũ eſt
ſit facta mater adoptiua iohãni. qui interpretat̃ in quo
eſt gratia. mater eſt coꝝ que habẽt grãm. Et quia a gra
tia quatuor iſta ſemp ꝓcedũt. coꝝ eſt mater qui habent
iſta quatuor. Ecce igit̃ mater tua ſcilꝫ tui. qui ſcꝫ habes
rationalẽ dilectiõem. qꝛ ego mater pulcre dilectiõis. Ecce
mater tua ſcꝫ tui qui habes filialẽ timorẽ. quia ego ma-
ter timoris. Ecce mater tua ſcꝫ tui qui habes ſalutarem
cognitiõem. quia ego mater agnitiõis. Ecce mater tua.
ſcꝫ tui qui nõ pſumis. ſed ex merito ſperas. quia ego ma
ter ſancte ſpei. Pulcra dilectio eſt. vt diligat̃ amic⁹ in
deo. ⁊ inimicus ꝓpter deũ. vere pulcra. quia cũ luce gra-
tie ⁊ clara fame. Math. v. Diligite inimicos vt ſitis fi-
lij patris veſtri qui in celis ẽ ſcꝫ dei. Et ſic eritis filij ma
tris veſtre ſcꝫ beate Marie. Sine timore dei nõ pote-
rit quis iuſtificari. ait ſapiẽs. Sed qui deũ timet ſcꝫ fili-
aliter nihil negligit ſcꝫ eorum que ſunt neceſſaria ad ſa-
lutem ⁊ gloriam dei. Salomon ait Ecci. vij. Salutaris
cognitio incipit a ſeipſo. Seneca. Principiũ ſalutis co-
gnitio ſui. Breuiſſimã iſtam orationem faciebat ⁊ doce
bat bea. Augu. Dñe nouerim te. nouerim me. Et vnum
inducit ad reliquũ. Expecta dñm ait ps. Quo ad quar
tum cuſtodi vias eius vt hereditate capias terrã ſcꝫ vi-
uentiũ. Si ergo diligis eum ⁊ proximũ. ⁊ times filiali-
ter offendere eum. ⁊ conaris cognoſcere teipm̃. ⁊ ſperas
ratõnabiliter in ſupnum premiũ. non pſumendo de vi-
ribus tuis. hec eſt ſancta ſpes. Ecce mater tua beata vir
go Maria.

## Poſſunt etiam ad- .§. II.

aptari iſta quatuor ad quatuor ſtatus eccl'ie ſcꝫ pſiden-
tes. incipiẽtes. pficientes. ⁊ pficientes. ſup perfectos ſin-
gulis ſingula attribuendo. Quib⁹ omĩb⁹ eſt mater pia
adiuuãdo ⁊ ſuccurrendo. Primo ⁊ pſidentib⁹ quidẽ
congruit pulcra dilectio ſcꝫ erga deũ ſe ⁊ pximum. Et iõ
chriſtus petrũ inſtitutur⁹ in preſidentẽ ⁊ paſtorem eccle
ſie. interrogauit ter ſi eum diligeret. Johã. vlti. Horũ be
ata virgo eſt pia mater adiuuãs in neceſſitatib⁹. vt pa-
Maria his ẽ mr̃. tuit in Leone papa. cui reſtituit manũ abſciſam. Et in
beato Dominico cuius ſubditos fratres oſtẽdit in viſio
ne beate marie tenere ſub clamide ſue protectiõis. Se
cundo incipientib⁹ ꝯgruit timor. Inde enĩ mouent̃ ad
cauendũ mala ⁊ penitendũ ex timore. Vñ dicit Eſa. A
timore tuo dñe ꝯcepimus ⁊ peperimus ſpiritũ ſalutis
Et horũ eſt mater beata virgo maria procurãdo recon-
ciliatiõem deo. ſicut in figurã mulier ſapiẽs. Tecuites re
conciliauit abſolonẽ patri ſuo dauid. ij. Reg. xiiij. Et cui
dam moniali egreſſa de monaſterio poſt tempa ex mere
tricio reuertẽti ad penitentiã ⁊ religionẽ. impetrauit be-
ata maria pro ea peccatoꝝ veniã. Et adiuuat ad vincẽ
dum diabolũ in tentationib⁹. Sicut in figurã. Occidit
iudith holofernẽ. Judith. iij. ca. Tertio pficientib⁹ cõ
uenit agnitio. vt dicit Salomõ Eccl'. ix. Neſcit homo fi-
nem ſuum. Et ideo ſequit̃. Sicut piſces capiunt̃ hamo
ſic capiunt̃ homĩes tempe malo. Quod ps. ꝯſiderãs ait
Notum fac mihi domĩe finem meũ. finẽ vltimum ꝓpter
quã factus ſum. quia tu es vt ad illud me dirigã. No-
tum fac finẽ proximũ mei opis. vt intelligã me recta in-
tentõne facere opera. nõ vt videar ab hoib⁹ ſed ad glori
am dei. Notum fac finem meũ. i. vt frequẽter intelligaꝫ
me eſſe in vita finiendũ. ⁊ omĩa iſta mũdana dimitten-
do pro te. Et quia iſtis ꝯgruit cognitio que lux eſt ſpiri-
tualis. ideo dicit Salomõ ꝓuerb. iij. Juſtoꝝ ſemita qua

ſi lux ſplendẽs pficit ⁊ creſcit vſqꝫ ad pfectũ diẽ. Hi enĩꝫ
intendũt ad pficiendũ in ꝟtutib⁹. Hoꝝ mater eſt beata
virgo maria. precib⁹ ⁊ exemplis dando eis ſubſidiũ. Eſt
enĩ figuratiue illa rebecca q̃ filiũ ſcꝫ iſrael qui interptat̃
videns deũ. docuit ⁊ iuuit refectiõem offerre patri ſua-
uem. cum veſtib⁹ odoriferis. vt benedictõem patris ob-
tineret. Apparẽs ipa magiſtro rainaldo corpe īfirmo Exẽpla.
in ꝟtutib⁹ pficienti. vnxit eum ſanãdo corpus. ⁊ mentẽ
roborando. ac habitũ ordinis predicatoꝝ quẽ ferret oſtẽ
dendo. quẽ ordinẽ fuerat ingreſſus. qui poſtea feruentiſ
ſime pdicando multos ⁊ magnos viros traxit ad reli-
gionem. Ipa eſt mater agnitõis que reuelauit nobiliſ-
ſimis romanis ⁊ diuitib⁹ viro ⁊ vxori ſue cupientib⁹ ſe
tradere in obſequiũ ipius ꝟginis ac pape. vt in loco vbi
de mane inuenirẽt niues pter nature ſolitũ. quia de mẽ-
ſe auguſti ibi eccleſiã ſuo nomini dedicarent. Quia ma-
ne ſequẽti repta. fabricata eſt ad honorẽ eius eccl'ia in vr
be ſancte marie maioris. Quare aũt ꝯgruit perfectis
ſancta ſpes non ſperare in pncipib⁹ vbi non eſt ſalus.
nec in tempalib⁹ diuitijs. qđ eſt vanũ. nec in ſuis virib⁹
qđ eſt ſupbie. ſed in eterna beatitudine. Et hec eſt ſancta
ſpes. Cõtemplant̃ enĩ eterna bona. que nõ vident̃ ſꝫ ap
petunt̃ ſumme ab eis. vt dicãt cum aplo. Cupio diſſol-
ui ⁊ eſſe cum xpo. Et noſtra ꝯuerſatio in celis eſt. Horũ
mater eſt beata maria pcurando eis ꝯſecutõnem eterne
beatitudinis. Eſt enĩ figuratiue illa berſabee que inter-
pretat̃ puteus ſeptim⁹ ꝓpter plenitudinẽ omniũ gratia-
rum que ſuis precib⁹ petijt ⁊ obtinuit a dauid regnum
ſuũ dari filio ſuo ſalomoni. ij. Reg. xv. Hec eſt que ſu-
it ciliciũ cum ſerico ſancto viro bea. tho. cantuarienſi ar-
chiepiſcopo mandãs ei vt interdictũ factũ ſimplici ſed
optimo ſacerdoti. qui quotidie miſſã celebrabat ad ſui
honorẽ nec aliã ꝓpter ſimplicitatẽ dicere nouerat. vt nõ
ampli⁹ celebraret. relaxaret. Quod ſimplex ſacerdos faci
ens ⁊ ſignificãs bea. tho. ex parte beate marie ⁊ ſignum
datum de cilicio occultato ab ea ſuto illũ ab illo interdi-
cto abſoluit. Hec apparens vt matrona venerabilis
ad fontẽ quendã cuidam ruſtico qui miſſus erat a filio
ſuo ei apparẽti ad immergendũ tres panes quos habe
bat phibuit. Sed reuerſus ad eũ ſcđo ⁊ tertio vnũ im-
merſit. alios duos reſeruãs ex iuſſione beate marie de-
clarãtis ei ſe eſſe virginẽ matrẽ. ⁊ eum qui ſibi apparue
rat ⁊ mãdauerat panes tres immergi in aquã erat fili⁹
eius qui iratus ꝓpter peccata hoĩm mũdũ in ptes tres
diuiſum quaſi volebat delere. in cui⁹ ſignum tres panes
iuſſerat immergi. ſed ipa ſententiã retinuerat. Veruꝫ ad
placandũ dei irã oẽs albis induti facerẽt pceſſioneꝫ ad
penitentiã reuertẽtes. Et illa diſperãte ſimplex ille ruſti
cus p diuſas mũdi ptes diuulgauit. vñ ſecuta ẽ magna
nouitas in vniuerſo orbe apud chriſticolas. vt oẽs ma-
res ⁊ femine cuiuſcunqꝫ etatis ⁊ ꝯditõnis albis induti
pceſſiones multas facerẽt. Anno dñi Milleſimotrigẽ-
teſimononageſimonono in eſtate. ⁊ multa bona ſecuta.
Et poſtea anno ſequẽti Milleſimoquadringenteſimo
ſecuta eſt peſtis vniuerſalis nimia. vt tertia pars homi
num moreretur. Ecce mater tua ad quam recurras.

De conceptione ⁊ ſanctificatione beate marie.
Capitulum tertium.

## De conceptu et ſancti-

ficatione beate marie. In ciuitate ſanctificata
requieui. inquit diuiſa ſapiẽtia. Ecci. xxiiij. Adaptatur
ſermo iſte ad virginẽ glioſam de cui⁹ cõceptiõe vel po-
tius ſanctificatõne eccl'ia ſolennitatẽ facit. De hac ciuita
te precinens cantor ſpũſſancti dauid inquit ps. lxxxvi.
Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. que ab ieſu ſyrac
dicta eſt ciuitas ſctificata. nec de aliqua creatura pura

ſunt vnq̄ȝ dicta tā glioſa q̄ȝ de ꝟginne maria. Vñ in cō
mendationem Judith pulcerrime: ſapiētiſſime ⁊ caſtiſſi
me ⁊ ꝯſtantiſſime que liberauit pplm̄ dei de manu ini/
micoꝝ. ⁊ figurauit hanc ꝟginē btiſſimā. liberatricē po/
puli fidelis de manibꝫ demonū. dixit ſumm⁹ pōtifex Jo
achim. Tu glia hierl'm. ſ. ciuitatis. tu leticia ppl'i iſrl'. nō
dixit. tu glioſa in ciuitate. ſed tu ipa glia ciuitatis hierl'm
q̄ dicebatur ciuitas dei. q2 ſolēnis dei cult⁹ ibi erat. Glioſa
igitur dicta ſunt de te. Circa quā p̄nt tria notari.

Diuiſio. the matis

Eius ꝟtuoſitas perfectiſſima. quia ciuitas.
Eius ſingularitas ſublimiſſima. quia dei.
Ei⁹ nobilitas famoſiſſima. q2 glioſa dicta ſunt de te.

# Quantum ad primū. §. I.

omīs aīa pōt dici ciuitas. Sȝ aīa cuiuſlibet reprobi di
citur ciuitas babilonis. q̄ interptatur ꝯfuſio. q2 plena ē ꝯfu/
ſione peccatoꝝ. ⁊ in ea regnat nabuchodonoſor diabol⁹
in ſupbia ſua. Anima aūt cuiuſlibet electi dr̄ hierl'm. q̄
interptatur viſio pacis. in qua regnat ſalomō rex pacific⁹.
Hierl'm aūt edificatur vt ciuitas ex auro ⁊ argento ⁊ lapi/
dib⁹ precioſis. i. dilectionis dei ⁊ ꝓximi opib⁹. cū medi/
tatiōibꝫ ⁊ contēplatiōibꝫ ꝓcioſis ſup fundamentū fidei
ieſu xp̄i. Et niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatē anime. fruſtra
vigilat qui cuſtodit eā. Verū nulla aīa ꝓprie pōt dici ci/
uitas niſi beata virgo maria. Vñ per excellentiā ciuitas
dicitur ꝓpter tria. Primo ꝓpter plenā vniōnē. Scdo ꝓpter
ꝯgrua ꝓpulſionē. Tertio ꝓpter rectā gubernatōeȝ. Ciui/
tas dr̄ quaſi ciuiū vnitas. Vñ ſaluator noſter cū miſit
duos ex diſcipulis ad ciuitatē hieroſolymā. q2 plena erat
ſectis ⁊ diuiſionibꝫ ⁊ peccatis. nō dixit. ite in ciuitatē. ſȝ
in caſtellū. ſeruans illam regulā. Si te priueris nec no/
mē habere mereris. Jn aīa noſtra ſunt quaſi ciues mul/
ti ⁊ varij cogitatus noſtri. ⁊ affect⁹ ſeu deſideria quaſi
viri. paſſiones aūt quaſi mulieres. Qui oēs debēt ꝯue/
nire in vnū. ſ. vt ꝯformēt ſe diuīe volūtati. querēdo ſem/
per gliam dei ⁊ profectū ſalutis. Sed qs eſt hic ⁊ lauda
bimus eū. Nullus eſt eīm tā cōpoſite felicitatis etiam in
ſpiritualibꝫ inq̄t ſanct⁹ Seuerin⁹ qui nō in aliquo cum
ſua fortuna rixetur. Nunq̄ȝ ei ait Job in eodē ſtatu ꝑma/
net. Quis ē qui ſp in omni tpe ſuo cogitatu ⁊ affectu di/
rigatur ad dnm. ⁊ nō videat in mēbris ſuis legē ꝯcupiſcē
tie repugnantē legi mentis ſue. ſaltē ad venialia. vn̄ pax
ibi nō videtur ꝑfecta. cū caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpiritum.

Maria ꝑ excellētia dr̄ ciuitas ꝓpt tria.

Porro vnū ē neceſſariū. ſ. adherere ꝑfecte deo ⁊ ſecū in
oībus vnū ſpiritū eē. qd̄ optime fecit maria q̄ optimam
ptē elegit in oībus vnū. ꝓ certo ſcim⁹ ait. Odilo in ſmo
ne. q2 omnis marie actio intenta ſemꝑ fuit in dn̄o. Se
cundo ciuitatē vt ſit bene ꝓpulſa. ne facile capiatur ab ho/
ſtibus ⁊ circūquaq̄ȝ habeat foſſata ne poſſit appropinq
ri ad muros. qd̄ fit circa aīe ciuitatē ꝑ humiliationē. qua
qs ſeipm̄ deijcit ⁊ infra ſe ſtatuit. cognoſcens ſe ad ima
deſcēdere ex ꝓpria ꝯditione ⁊ inclinatiōe ad mala. Debet
etiam ciuitas eē in portis bene cuſtodita ⁊ vigilata. Nā
vt dicit Hierē. ix. Mors ingreſſa ē per portas noſtras.
Porte noſtre anime ſunt ſenſus exteriores per quos in/
trat mors peccati ad animam per viſum: auditum: gu/
ſtum: odoratū ⁊ tactū: videlicet niſi vigilanter cuſtodiā
tur. Nec ſufficit cuſtodia angeloꝝ de qua dn̄s ꝑ prophe
tā. Sup muros tuos hierl'm poſui cuſtodes ſcȝ angelos
tota die non tacebunt ſcȝ excitantes animā ad bonum ⁊
deū laudandū. Sed oportet ꝙ quilibet per ſe inuigilet
per ꝯſiderationē ⁊ diſcretionē. ne ingrediatur inimic⁹ ali/
cuius vanitatꝭ ꝑ ipās portas. nec egrediatur ciuis ſb̄ ſpe
cie alicuius boni defectus curioſitatis. Vñ in figura le
gitur. ij. Reg. iiij. ꝙ iſboſeth fili⁹ ſaulis rex iſrl' qui poſue
rat ancillā ad cuſtodiā porte palacij ſui. q2 nō ſtetit vigi
lans. ſed dormitauit ingreſſi per portā principes latro
num rechab ⁊ banaa clam occiderūt illū in lecto ſuo quie/
ſcentē. Sic qn̄ ꝯſideratio vigilans ⁊ diſcretio que debet
cuſtodire portas ſenſuū dormitat ⁊ nō vigilat ad cuſto/
diendū. ipi demones latenter ſuggeſtionibꝫ malis ſubin
trant. ⁊ ablatis frugib⁹ virtutū animā occidūt. Opor/
tet etiā ciuitatē eē fulcitā victualibꝫ ⁊ aq̄. ne fame ⁊ ſiti
pereat. Victualia ſūt ſacramēta que aīaȝ reficiūt. Aque
ſunt doctrine ſacre quibus contra calorem laborum ⁊ tē
tationem refrigeratur. Omnia iſta fuerūt perfectiſſime in
virgine. ⁊ ideo ꝑ excellentiā ciuitatis dicitur. Fuit enim
humilitate profundiſſima. Reſpexit ait humilitatem
ancille ſue. Et q̄ȝtomagis ſe humiliauit ⁊ occultauit vir
tutes ſuas. tantomagis de⁹ illa manifeſtauit vt imple/
retur illud qd̄ ait filius ſuus. Matth. Nō pōt ciuitas
abſcondi ſupra montē poſita. i. ſuper altā ꝑfectionē ꝟtu
tum. Optime cuſtodiuit ſenſus ſuos ⁊ nihil inquinatū
introiuit in illā. Sacrā ſuſcepit tpe ſuo q̄ ei ꝯgruebant.
Nam pie creditur. ⁊ baptizata ⁊ ꝯfeſſa ⁊ cōicata ſm Al/ Infra ti. xv. c. xvi.
ber. ſup Miſſus ē. Nō quidē pctā que nō habebat. q2
vt b. Aug. ait. Cū hūilitatis ea mētiris. ſi nō eras pecca
trix. mētiēdo efficieris. qd̄ euitares. xxij. q. ij. Sȝ ꝯfitebatur
ſe nō eē dignā tātis bnficijs ſua ꝟtute. Nō deficiebant ī
ea aque ſalutaris doctrine. Vn̄ Luc. ij. dr̄. Maria con
ſeruabat oīa verba hec ſcȝ dicta a filio ⁊ de filio ꝯferens
in corde ſuo. ſ. cū his q̄ de eo p̄nunciata erant a ꝓphetis.
Et ſic fluminis impet⁹ feruētis ſcȝ ſapiētie letificat ciui/
tatē dei ſcȝ be. maria. Tertiū qd̄ req̄ritur ad bonitatem
ciuitatis eſt bonū regimē ⁊ gubernatio eius. Nā vt dr̄
Eccli. x. Ve terre cui⁹ rex puer eſt. i. cui⁹ rector ſenſibilibꝫ
intendit vt puer. Ecōtra ſalomō in ꝓuerbijs. Jn bonis iu
ſtoꝝ exaltabitur ciuitas. Et Gran⁹ dic. di. viij. q. j. ꝙ apd̄
platonē illa ciuitas iuſtiſſime ordinatur in qua q̄ſq̄ȝ ꝓprios
neſcit affect⁹. i. paſſiones ⁊ appetitos ſuos inordinatos
Eſt ergo in ciuitate aīe vt rex vel regina volūtas que hȝ
impare oībus potētijs. Et dicit ſalō. De⁹ ab initio con
ſtituit hoīeȝ ⁊ reliq̄t eū in manu ꝯſilij ſui. ī ptāte ⁊ liber
tate arbitrij. poſuit ante eū malū ⁊ bonū. ad qd̄cūq̄ȝ vo/
luerit extēdit manū ſuā. Sȝ ſi volūtas ꝑtō ꝯſenſit. iaȝ
nō eſt dn̄a ſed ſerua. ⁊ nō niſi male pt talis ciuitas ani/
me gubernari. Ne aūt erret regina iſta volūtas dȝ ſemꝑ
hr̄e ꝯſiliū cū rōe. ſm illō ꝓuerb. Oia fac cū ꝯſilio. ⁊ poſt
factū nō penitebis. Rō ḡ eſt ꝯſiliari⁹ Sȝ ſynderiſis ſecre
tari⁹ q̄ nūq̄ȝ fallit arguēs illicita ⁊ vitia approbās. Fan
taſia ⁊ memoria ſunt referēdarij. Cogitatiōes ꝟo deſide
ria ⁊ paſſiōes ſunt ſubditi q̄ hn̄t regi'ari. Et cū bn̄ regitur
dic dn̄s d̄ ea. Ciuitas fidel' iuſticia hitauit in ea. Eſa. ij.

# Secūdo notatur eius. §. II

ſingularitas maxīa in ſanctitate in eo qd̄ dicitur dei. Hec
pōt dici ciuitas illa de qua ioh. in apoc. Vidi ciuitatem
ſctām hierl'm deſcendentē de celo a deo parā: vt ſponſaȝ
ornatā. Hec eſt beatiſſima ꝟgo maria ciuitas ſancta. q̄
mūda deo dedicata ⁊ firmata. Et ſic in ſyon firmata ſuȝ
Eccli. xxiiij. Hierl'm dr̄ viſio pacis in ea. vn̄ ipe ait. Jn
omnibꝫ requiē queſiui. Deſcendentē de celo vt a deo edi/
ficatā ⁊ datā in ciuitatē refugij peccatoribꝫ. vt a deo pa/
ratā ꝟtutib⁹ vt ſuā poſſeſſionē. vt ſponſam ornataȝ om
ni grā. vt ſponſa eēt dei patris. ex qua virtute ſpiritus
ſancti filiū generaret cōem filiū vtriq̄ȝ. Dr̄ ergo ciuitas
dei. vn̄ glioſa dicta ſunt de ea triplici mō ſeu cā videlicȝ Maria d̄ ꝯ ciuitas
Primo q2 de⁹ eā fundauit. Scdo q2 de⁹ eius poſſeſſio/
nē ꝯtinuauit. Tertio q2 de⁹ eā inhabitauit. Primo dicitur
btā maria ciuitas dei. q2 ipam fundauit. Sicut alexan
dria ſic dicta eſt. q2 alexāder eā fundauit. Et vrbs roma
dicta eſt. q2 romulus prim⁹ eā fundauit. Ps. lviij. Sic
audiuimus ſcȝ ex veteri teſtamento figuratum. ſic vidi
mus impletio in ciuitate dei nr̄i ſcȝ virgine maria. Deus

fundauit eam in eternũ. Uñ ipſe ait Eccĩ.xxiiij. Ab ini
tio ſcʒ deo qui eſt initiũ oĩs creature ⁊ ante ſecula xpalia
creata ſum ſed predeſtinatione in mente diuina. ⁊ ſemꝑ
poſtq̃ fundata fuit ꝑmanebit. actu aũt in eſſe naturali
creata ſeu fundata fuit qñ aĩa eiꝰ creata fuit ⁊ corꝑi eiꝰ
ↄcepto in vtero materno anno ⁊ organizato infuſa. b.
Hiero. Intra ſecreti ventris anguſtias manꝰ omnipotẽ
tis dei ſemꝑ oꝑat̃ ideʒ formator corꝑis pariter ⁊ anime.
Noli deſpicere bonitatẽ figuli qui te fecit vt voluit. diſ.
lvi. naſci. Modo aũt ſpãli dicit̃ deꝰ fundaſſe eã quo ad
corpus. qꝛ miraculoſe ↄcepta eſt. nõ quidẽ de ſpũſancto
qm̃ hoc priuilegiũ ſoli xp̃o. ſed quia ex parte ioachim et
matre anne ſterilibꝫ. vñ in figurã vt dicit Damaſce. Si
cut anna ꝑ vota ⁊ promiſſis cũ eſſet ſterilis genuit ex vi
ro ſamuelem. anna ex ioachim viro per votũ ⁊ oratões
genuit mariã. In eſſe aũt ſpeciali fundauit deꝰ ciuitateʒ
iſtam. qñ in vtero materno ſanctificata fuit. ab origina-
li totaliter mũdata. In qua quidẽ ſanctif. catõe copioſi-
or gratia fuit in eo infuſa q̃ in ceteris ab vtero ſanctifica
tis. vt iohãne baptiſta ⁊ hieremia. Scimus eñ plꝰ gra-
tie ei eſſe collatũ. ait bea. Berñ. ad vincendũ ex omni par
te peccatũ que ↄcipere ac parere meruit eũ. quẽ conſtat
nullũ habuiſſe peccatũ. Ac etiã pie credi poteſt ꝙ citiꝰ
alijs fuit ſanctificata. Non quidẽ ante aĩe infuſione. qꝛ ca
ro non eſt ſubiectũ culpe vl' gratie ſed anima. Infuſa ve
ro anima q̃ citius ⁊ forte eadẽ die ⁊ hora. ⁊ ſi nõ momẽ-
to fuit ab originali mundato ↄtracto immediate pꝰ ac-
ceſſum eius ad corpꝰ. Qd̃ videt̃ notare pſ. qui loquẽs
de ciuitate dei ⁊ ſanctificatio eiꝰ tabernaculo. i. aĩa. poſt
pauca ſubdit. Adiuuabit eã deus mane diluculo. vt ma
ne intelligat̃ natiuitas eiꝰ in vtero. cuius diluculũ hns
aliquid de tenebris fuit tẽpus quo organizatũ corpꝰ ſu-
ſcepit animã aliqualiter te nebroſam factã ꝑ originale. ſʒ
in iſto diluculo. i. q̃ citius adiuuabit eã ſanctificando et
preſtando robur gratie. ad omne opus bonũ tp̃e ſuo fa-
ciendum. Dicit̃ ſcd̃o beata maria ciuitas dei. q̃ poſſe
dit eã deꝰ ⁊ ↄtinue poſſidet. Peccator poſſidet̃ a diabo-
lo ꝑ culpã. vñ Luc. vj. de eo dicit̃. Cum fortis armatus
cuſtodit atriũ ſuũ. i. aĩam vl' mundũ. in pace ſunt ea que
poſſidet ſcʒ nõ ſibi ↄtradicendo. ⁊ tẽtationibꝰ nõ reſiſtẽ-
do. Boni aũt a dño poſſident̃. nõ ſolũ ꝑ gubernationeʒ
⁊ dominiũ. ſed etiã ꝑ grãm ⁊ obedientiã. vñ dicũt dño ꝑ
pſ. Tu poſſediſti renes meos. i. affectus ⁊ delectationes
meas. vt ſint ſm volũtatẽ tuã. Sicut aliqua ciuitas ta
lis dñi. vt pariſius ciuitas regis francie. qꝛ quãdoq̃ eaʒ
poſſidet. ⁊ plene ſub dñio ⁊ obedientia eiꝰ eſt. Et ꝑ hũc
modũ beata maria dicit̃ ciuitas dei qꝛ ſemper poſſidet
eã quiete ⁊ ſub ꝑfecta obedientia. Nullus aũt ſancti vel
ſancte aĩa fuit que ita fuerit quiete poſſeſſa a dño. Sʒ
aliqua rebellio ad ipſum repta eſt ſalteʒ ſm paſſiones et
venialia excepta inquit be. Aug. hac ſancta virgine. de
qua cũ de peccatis agit̃ ꝓpter honorẽ dñi. nullã prorſus
de ea volo haberi mentionẽ. Si oẽs ſancti ⁊ ſancte duʒ
viuerent interrogati fuiſſent. vtrũ peccatũ haberent. oẽs
vna voce reſponderent qd̃ ait Ioh. in canoni. i. Si dixe
rimus quia peccatũ non habemus. ipſi nos ſeducimus
Ubi ſatis patet ꝙ loquit̃ de actualibꝰ ſaltẽ venialibus.
Perfectiſſime aũt poſſedit ciuitatẽ iſtam. vt dicat ꝑ excel
lentiã dei ciuitas. Uñ ipſa ait Prouerb. ix. Dominꝰ poſ
ſedit me ab initio viarũ ſuaꝝ. Uie dñi ſunt creature ſue
per quas nos ſimus in deũ cognoſcendũ. ſicut eã cogno
ſcitur per effectũ. vt ignis per fumũ. Dicit̃ aũt hic initi
um nõ prioritate temꝑis ſed dignitatis. Ita eñ ciuitatẽ
iſtam beatam mariã poſſidet. vt ſit ipſa initiũ creatura
rũ. i. digniſſima ſuꝑ omẽs creaturas puras gratia ⁊ glo
ria. Tercio dicit̃ ciuitas alicuiꝰ inquantũ eſt inhabita
tor eius. et ſic nazareth dicta fuit ciuitas xp̃i quia ibi co
ceptus ⁊ nutritus fuit. vt dicit̃ Math. ij. de xp̃o veniẽs
ſcʒ de egypto cũ matre ⁊ ioſeph habitauit in nazareth.
vt impleret̃ qd̃ dictũ eſt ꝑ prophetã. qm̃ nazareꝰ vocabi
tur. Et bethleem dicta eſt ciuitas dauid. qꝛ ibi natꝰ eſt ⁊
habitauit in pueritia ⁊ adoleſcentia. Et ſm hoc dicitur
beata maria ciuitas dei quia deꝰ corꝑaliter. i. ſm corpꝰ
aſſumptũ habuit in ea. Pſ. lvij. Magnꝰ dñs ⁊ lauda
bilis nimis. ſ. dei filius ieſus xp̃s in ciuitate dei noſtri. ſ.
beate virginis ad habitandũ ꝑ nouẽ mẽſes ↄtinue. ⁊ to
tam infantia ⁊ pueritiã tranſegit cũ ea ⁊ in ea. Hec ciui-
tas illa mirabilis figurata. quã vidit ezechiel in vlti-
ma viſione in qua dñs ſolus introibat ⁊ egrediebatur.
⁊ porta eiꝰ clauſa remanebat. ſignificans ſm be. Augu.
ꝙ maria virgo fuit ante partũ in partu ⁊ poſt partum.
⁊ quẽ totus nõ capit orbis in ſua ſe clauſit viſcera factꝰ
hõ. Uñ ⁊ canit ecclia. O glorioſa dña excelſa ſuꝑ ſidera
q̇ te creauit ꝓuide lactaſti ſacro vbere. Qd̃ eua triſtis ab
ſtulit ſcʒ vitã corꝑis ⁊ aĩe. tu reddis almo germine. i. filio
ex te genito. qui mortẽ noſtrã moriẽdo deſtruxit ⁊ vitaʒ
reſurgendo reparauit aĩe ⁊ corꝑis. ⁊ cauſaliter ⁊ virtuali
ter. Uñ aptiſſime dicit̃. Glïoſa dicta ſunt de te ciuitas
dei. Albertus aũt in li. ſuꝑ Miſſus eſt. dicit. ꝙ ideo glo-
rioſa dicta ſunt de hac ciuitate ſcʒ virgine maria. qꝛ om
nia que ad perfectionẽ ciuitatis pertinẽt. in beatiſſima
virgine inueniri. ⁊ de beatiſſima virgine dici pñt. Fuit
enim fundata ſuꝑ humilitate. ꝑ caſtitatem murata. tur-
rificata ꝑ charitatem. ditata ꝑ paupertatem. cuſtodita ꝑ
diſcretiõẽ. libera immunitate peccatoꝝ. pacifica ſupera
tione tẽtationũ. diuino officio ordinata. ꝑ elegantiã mo
rum edificata. populoſa virtute, ⁊ oĩm donoꝝ gratuito-
rum. irrigua abundantia miſerationũ. in altiſſimo ſita ꝑ
excellentiam priuilegioꝝ.

## De eius nobilitate .§. III.

*De nobilitate btẽ Marie*

quo ad tertium glorioſa dicta ſunt de te. quia natiuitas
glïoſe virginis marie ex ſemine abrae orta d̃ tribu iuda
clara ex ſtirpe dauid. canit ecclia. Natiuitas aũt priꝰ fuit
in vtero ſcʒ ꝑ ↄceptionẽ. ⁊ ex inde ex vtero nata. eiꝰ vita
inclita cũctas illuſtrans ecclias. ꝑ oꝑa glïoſiſſime ſancti-
tatis in quibꝫ ↄſiſtit vera nobilitas aĩe. qꝛ vt ait ſapiẽs
Nobilitas vera eſt que moribꝫ animũ ornat. Ex ea quo
q̃ ortus eſt ſol iuſticie xp̃s deꝰ noſter. origo ⁊ fons om-
nis nobilitatis. Glïoſa igit̃ dicta ſunt de te o beatiſſima
maria. Ubi notãdũ ſm albertũ magnũ ſuꝑ Miſſus
eſt. de quo libro aſſumpta ſunt plurima in materia iſta
de virgine. vt infra. pꝫ ꝙ nobilitas rei ↄſiſtit in tribus.
Primo in ſua cã. Scd̃o in ſua ſubſtantia. Tertio in ſui
efficientia. In cã. Si a nobili origine principiũ ducat.

*Nobilitas rei in tribus ↄſiſtit.*

In ſubſtantia. Si nobilẽ eſſentiã ⁊ proprietateʒ in ſe
poſſideat. In efficientia. Si nobiles effectus ex ſe pro
ducat. Quantũ ergo ad primũ nobiliſſima fuit. vñ et
glïoſiſſima ſcʒ ex ꝑte cauſe ⁊ origis ſue. Mã fuit filia p̃n-
cipis ſcʒ abrae in quo deꝰ ppl'm peculiareʒ elegit ſibi. ⁊
diſtinxit ab alijs. Ab abraã eñ quadrageſima ⁊ vna ge
neratione deſcendit. vt pꝫ ex euãgel'. Math. in p̃ncipio
De quo abrae dictũ eſt in geneſi. Princeps dei eſto inter
nos. Et cui primo facta eſt repromiſſio de xp̃o naſcituro
cum dictũ eſt ei. In ſemine tuo benedicent̃ oẽs gentes.
Nõ dicit in ſeminibꝫ. inq̇t apl's ad Gal'. iiij. ſʒ in vno et
ſemini tuo qd̃ eſt xp̃s. Hic abraã fuit ille nobiliſſimꝰ pa
triarcha vnde denominat̃ hebrei quaſi hebraici. qui pri
mo ↄfeſſus eſt fidem vniꝰ veri dei inter ydolatras chal
deos adorãtes ignẽ ꝓ deo. in quẽ iniectus ab eis vt ex-
periret̃ virtutẽ eiꝰ. illeſus exiuit. recedẽs poſtea ab eis vt
ꝑegrinus diſcurrẽs ꝑ paleſtinã. Et de ipſa virgine dici
tur in Canti. Quã pulcri greſſus tui in calciamẽtis filia
principis. glo. i. O ꝑa tua i exẽplũ ſcõꝝ q̃s imitaris et

om̄es excellis. Quātū ad ſecūdā ſcʒ ſubiam nature ꝑ
fectōem ꝛ plenitudinē gr̄e ī ſe hereditauit ꝛ liberrima fu
it. Libertatē ei maxie fac īmunitas a peccato. ꝛ plenitu-
do gr̄e q̄ ī ea fuit. Qui enī facit pctm̄. ſuus ē peccati. ſer-
uitus enī eſt omino ꝯ nobilitatē. Sed ipa ſola inter pu
ras creaturas fuit ſine peccato etiā veniali. ꝛ ideo maxie
libera. Et iſta eſt gl'ioſioꝛ nobilitas. ſ. ex gr̄a ꝛ ꝟtute. q̄ꝫ il-
la q̄ eſt ſm carnē. Unde Sen̄. ait. ꝙ nō facit nobilitatēʒ
atrium plenū fumoſ imaginibꝫ. qꝛ qd̄ an̄ nos eſt. noſtꝝ
nō eſt. Nō enī ad nr̄am vixerūt gl'iam. Uult ex his ver-
bis oſtēdere ꝙ tm̄ nobil' eſt ille quē nobilitat ſua virtus

Otō. in q̄ ꝯſiſtat nobilitas ſʒ carnem.

Hinc ꝛ Criſ. Nemo ex virtute aut ex vitio parentum ꝟe
aut clarus aut obſcurus ē. imo neſcio quō nō ille magis
reſplēdet. qui ex pentibꝫ a ꝟtutibꝫ ꝓrſus alien⁹ q̄ꝫ ipe q̄
fuerit dei ꝟtute mirabil'. diſ. lvj. Nunq̄ꝫ. Sed tūc queri
tur in q̄ ꝯſiſtat nobilitas ſm carnē. Et cū dicaꝛ a ſapien
te ꝙ nobilitas ſm carnē nō eſt aliud q̄ꝫ inueterate diui-
tie. tūc videꝛ ꝙ iſtā nobilitatē nō habuit beata Maria.
cū fuerit paupcula. ꝛ cōiūx eius Joſeph carpentari⁹. Et
ſic videꝛ ꝙ nobilitas iſta ſm carnē nō ſit a rebꝫ. Sed ne
q̄ꝫ a corꝑe videꝛ ꝙ ſit. qꝛ nobilitas corꝑis ē ex nobilitate
complexiōis. Inueniūtur aūt reges ꝛ ꝑncipes q̄ nobiles
dicūtur. ꝛ ſunt ſm carnē aliqn̄ complexiōis melācolice l'
flegmatice. ꝛ ecōtrario ruſtici colerici ꝛ ſanguinei. g̃ n̄ tra
bitur a corꝑe. Itē videꝛ ꝙ nec ab aīa. qꝛ aīe nō ſūt exdu-
ce. ꝛ ſic videꝛ ꝙ nihil ſit nobilitas iſta ſm carnē. Sed ꝓ

Rn̄ſio.

nūc breuiter rn̄deꝛ. ꝛ infra ī ſeq̄nti. §. pleni⁹. ꝙ nobilitas
iſta ſm carnē nō ſolū quoad gloriā mūdi. ſed etiā ml'tū
adiuuat ad virtutes animi ꝛ ad bonū incitat. q̄ꝫuis ipa
ſola nō cogat ad malū vel bonū. Quātū ad tertiū fu
it beata maria nobil' ī efficiētia qꝛ actiue ꝛ paſſiue. Acti
ue. qꝛ ꝑ ipm fructū vētris tui ipa creatura liberabitꝛ a ſer
uitute corruptōnis in libertatē gl'ie filioꝝ dei. vbi ceſſat
om̄is ꝑlatō ſubiectōis ī alios. ꝛ ſeruus liber ē a dn̄o ſuo
Paſſiue. qꝛ ſi veritas liberabit vos. veri liberi eritꝫ. vt dr̄
Joh. viij. multo eſt facta libera. que ꝟitatē iſtam genuit
Sic aūt orta ꝛ ꝯcepta eſt a nobiliſſimis ꝛ digniſſimis.
Et hec dignitas eius inueniꝛ in eā ſubia ꝛ efficiētia. ſic̄ ꝛ
nobilitas. Et in eā quidē reꝑiꝛ triplex dignitas ex q̄ ori-
ginata ē. Prima dignitas regalis. ꝛ hec corꝑalis. Secū-
da ſacerdotalis. ꝛ hec ſpūalis. Tertia ꝓphetal'. ꝛ hec cele-
ſtis. Cōcepta aūt eſt beata maria ꝛ nata regali ex proge
nie. qꝛ ex dauid ꝛ ſucceſſoribꝫ eius. regibꝫ popl'i dei. ꝛ ꝓ
terea chriſtus dictus ē frequēter ī euāgelio filius Dauid
qꝛ eo mater eius deſcēdit. qd̄ ꝛ iudei ꝯfeſſi ſunt. Ex ſacer
dotali quoq̄ꝫ tribu deſcēdit. qꝛ cū ſolū ille due tribꝫ ſcʒ re
galis ꝛ ſacerdotalis adinuicē poſſent ꝯtrahere coniugia
ꝛ nulle alie tribus ſm dn̄i legem. Aaron aūt ꝑm⁹ ſacer-
dos ꝛ ſumm⁹ a dn̄o inſtitut⁹ in vxorēʒ duxerit de tribu
iuda. ꝛ ioiades ſumm⁹ ſacerdos vxorē habuerit ſimiliter
de tribu iuda ꝛ ſtirpe regia. Et ecōtra aliqui de tribu iu
da ducerēt in vxores de tribu ſacerdotali. Sic btā Ma
ria ex ſacerdotali etiā tribu deſcēdit. vn̄ de Elizabeth de
tribu ſacerdotali orta erat cognata virginis. i. actiuans.
Ex ꝓphetali quoq̄ꝫ dignitate deſcēdit que dici pōt cele-
ſtis. qꝛ prophetie donū a deo eſt inmediate ex eo ꝙ ex na
than ꝓpheta deſcēdit. ac etiā Dauid ꝛ Salomōe. qui fu
erūt ꝓphete. In ſuba quoq̄ꝫ digniſſima fuit. i. in perſona
ſua. nā ipa eſt regia celoꝝ. ipa eſt regia que aſtitit a dex-
tris dei in fimbrijs aureis. ꝛc̄. Fuit ꝛ ſacerdotiſſa iuſticie
que ꝓprio filio ſuo nō pepcit. ſed ſtabat iuxta crucēʒ ihu.
Nō vt dic̄ btūs Amb. vt mortē filij aſpiceret. nō vt do
lorē filij ꝯſideraret. ſed vt ſalutē humāi generis expecta
ret. para ipa offerre filiū dō pro ſaluatōe mūdi. Prophe
tiſſa fuit. cū ait Ecce enī ex hoc btām me dicēt om̄es ge-
neratōnes. in cui⁹ figurā dicit Eſaias Acceſſi ad ꝓphetiſ
ſam. ꝛc̄. In efficiētia quoq̄ꝫ fuit digniſſima. Ipa enī tri-
plicē dignitatē origīal'r trāſmiſit in filiū ꝑncipal'r. ſpāl'r
in nos. Poſt hec general'r filiū genuit qui rex ꝛ ſacerdoſ
ꝛ ꝓpheta fuit. Rex qꝛ in veſtimēto ſuo. i. in humanitate
ſcptū hʒ rex regū. ꝛ dn̄s dn̄antiū. Rex ſū ego ait ipe pyla
to. de quo ſolo ſapiētes ſapiēter queſierūt dicētes. Ubi ē
qui natus ē rex iudeoꝝ. Sacerdos eſt iuſtiſſime ſm or-
dinē melchiſedech. qui ꝑ ꝓprium ſanguiem introiuit ſcl'ī
ſcā eterna redemptōne inuēta. Ipe etiā ꝓpheta ꝓmiſſus
per moyſen potēs in oꝑe ꝛ ſermone. Et iſtam triplicē di
gnitatē beatiſſima maria in nos tranſmiſit, q̄ nos fec̄ dō
regnū ꝛ ſacerdotes. imo regale ſacerdotiū ad regēdū noſ
virtutibꝫ ꝛ imolādū deo hoſtiā laudis ꝛ bonoꝝ operū.
Et ſic patet q̄ꝫ glorioſa dicta ſūt de ea. q̄ꝫtū ad maximāʒ
nobilitatē ꝛ dignitatem.

## Sed pro maiori de. §. IIII.

claratōne nobilitatis que eſt ſm carnem Nota ſm Al-
bertū vbi s̄ ꝙ nobilitas iſta ſm carnē ē traductio carna
lis originis a parētibꝫ ſm ſecl'm in diuitijs potentia vl'
dominio ꝯſtitutis. ex quibꝫ q̄ꝫtū ex ꝑte nature ē creatur
in filijs ſimilitudo complexiōis ꝛ ꝯformitas moꝝ. ꝛ imi
tatio oꝑatōis. Homo enī pauꝑ ꝛ ignobilis ſi diuitijs ce-
perit affluere. incipiet delitijs magis vacare cibis delica
tioribꝫ ſe nutrire. ꝛ ſic complexionē nobilitare exercitijs
honeſtioribꝫ occupari. parua damna minus curare. par
uis lucris minus inhiare. dona min⁹ curare. alienuʒ do-
miniū minus timere. libertatē magis appetere. maioruʒ
ꝯſortia ꝯtrahere. cū ipis mr̄imoniū ꝯiūgere. ꝛ coꝝ oꝑaꝛ
mores imitari. ꝛ ſic natura ꝑmo ſeruilis ꝛ ignobilis vi-
cta ꝑ ꝯſuetudiem in ꝯtrariū trāſmutaꝛ. Et q̄ꝫto hec a re
motiori ꝛ diuturniori radice ad ramos tranſmittiꝛ. tāto
magis nature inclinatio induraꝛ ꝛ inſeꝑabilioꝛ efficitur
vt ī filijs q̄ꝫtū ex ꝑte nature ē ꝯditio ſimilima patribus
inueniaꝛ inclinatio natural'. ꝛ hec apponit nobilitas car
nis. que q̄ꝫtū eſt de ſui natura ſemꝑ ad honeſta ꝛ decen-
tia pluſq̄ꝫ ad vilia inclinatur. Et hoc totū verū eſt niſi li
bertas arbitrij vl' ꝯſuetudo vl' alia cauſa extrinſeca con-
trariū opereꝛ. Et ſic patet ꝙ nobilitas nō eſt tātuʒ ex q̄-
litate complexiōis. cū rex vel digna ꝑſona melācolice cō-
plexionis magis ſit audax vl' largus ruſtico ꝓpter ꝯſue-
tudinē ſanguinee complexionis. Licet enī aīa non ſit
ex traduce. tamē exiſtēs ī carne oꝑatur plus vl' frequēti⁹
ſm ꝙ a carne amplius ad aliqua inclinaꝛ. Qd̄ aūt ſola
nobilitas mētis videꝛ laudāda Rn̄dem⁹. ꝙ ſi equalitaſ
oꝑatōis ꝯtraria agit nobilitati ordinis tāto vitioſioꝛ et
deteſtabilioꝛ ē deformitas oꝑatōis. q̄ꝫto magis eſt ꝯtra
naturalē inclinatōem originis. Et ſic magiſ culpabil' eſt
nobilis vitioſus q̄ꝫ ignobilis. vbi aūt nobilitas origīs
ꝑficitur ꝛ ornaꝛ nobilitate moꝝ ꝛ oꝑis. vtraq̄ꝫ alteri pre-
ſtat incremētum laudis. Deīde virtus originis oſtendiꝛ
ī oꝑatōe. nō quaſi aduēticiam vl' cito mutabilem ſʒ qua
ſi ꝓpriā ꝛ īnatā et debitā nobilitatē ꝯtraxerit a parēte. Et
mūdare a culpa q̄ꝫ ꝑ ſacramēta. Iō pter legē cōem ali
quos etiā in vtero exñtes ſanctificauit.vt ptꝫ de Hiere.
de q̄ dr.j.c. Anteq̄ꝫ exires de vulua ſanctificaui te.et de
Dr̄ña int Johāne bap.ait euāgel⁹ Luce.j. Spūſancto replebitur
ſctificatoſ ex vtero matris ſue.ſ.ꝑ ſanctificationē. Sed iſta eſt dif
nō cōis le ferentia inter ſanctificatos ꝛ emūdatos a culpa.qꝛ ſan
gis.ꝛ ſcti ctificati modo legis cōis.ſ.ꝑ grām ſacroꝝ ꝯ culpa liberā
ficatos in tur vt nō dñet ſenſualitas rōni.nec regnet pctm̄ in eis.
vtro mrīs dum ſcꝫ ſequunt inſtinctū gratie et ꝯſeruāt eā. Rema
net tñ in eis fomes q̄ nō eſt aliud q̄ꝫ q̄dam habitualis
inordinata ꝯcupiſcentia ſenſualitatis.nō ſubdita rōni.
ſed inclinās ad malū.ꝛ difficilē reddēs ad bonū.q̄ exijt
in actū tpe vſus rōnis ꝑ diuiſos mot⁹ viciorꝝ.qb ꝛ reſi
ſtere ꝛ aſſentire pōt. Sanctificatio aūt in vtero ſeu ex
ꝓuilegio ſpēali.vt in aplis die penthecoſtes.h̄ opat vt
nō ſolū a culpa liberet.ſed etiā fomitē talē ita reſtrigit
vt exire nō valeat in actū peccati mortał ex mūere gre.
Remanet tñ q̄ ad inclinatōem ꝛ ꝑpetratōem venialiuꝫ
delictoꝝ.a quibus. vt dicūt oēs.nec apli nec ſanctifica
ti in vtero fuerūt immunes. Sꝫ in beatiſſima Maria
ſanctificatio plus opata ē. Et iō ſignāter dicit.ſpūſſan
ctus ſupueniet in te.i.plus q̄ꝫ in alijs veniet in te ad ſā
ctificādū. Nā ī vetro matris ita fuit ſanctificata.q nec
venialiter potuerit peccare. Et hoc eſt qđ dicit.b.Ber.
in ſermone. Ego puto q copioſior gratia ſanctificatōis
in eā deſcenderit q̄ꝫ in alijs in vtero ſanctificatis ad vī
cendū ex omni pte pctm̄.q̄ concipe.ꝛ parere meruit euꝫ
quē conſtat nullū habuiſſe pctm̄.qđ nemī in natꝭ mu
lierū credimus eſſe datū. Et licet fuerit in vtero ita ſan
ctificata ꝛ gratia repleta a ſpūſancto ꝛ fomes religata.
tñ ait angelus ſpūſſanctus ſupueniet ī te adhuc te ma
gis ſanctificans ꝛ replens.ꝛ fomitē ex toto extinguens
Nā vt dicit.b.tho.in.iij.pte.q.xxvij.ar.iij. Credendum
eſt in ipa ꝯceptōne carnis xp̄i in qua debuit refulgere
īmunitas peccati.qđ ex prole redūdauerit in matrē to
taliter fomite ſubtracto ꝛ extincto. Et h̄ ſignat Ezech.
xliij.vbi dr. Ecce glia dei ingrediebat ꝑ portā orientalē
id eſt ꝑ beatā virginē ꝛ terra.i.caro ipius ſplendebat a
maieſtate ipius.ſ.xp̄i.ꝛ nō ſolū iſtā ſanctificatōem ſeu
purgatōem fecit ſpūſſanctus in maria in ꝯceptōne fi
lij.ſed ꝛ aliā quaſi ꝑparatoriā ad xp̄i conceptōem q̄ nō
fuit ab aliqua impuritate culpe vel fomitis. Sed men

tē ei⁹ magꝭ in vnū colligēs.ꝛ a mltitudie ſubtollēs. Nā
ꝛ angeli purgari dicunt in q̄bus tñ nulla impuritas
culpe vel fomitis eſt. Fuit ḡ beata virgo ſanctificata ī
vtero anteq̄ꝫ naſceret. Neq̄ꝫ eñ ait.b.Bern. Natiuitas
ei⁹ feſtiuis laudib celebraret.ſi nō ſancta naſceret. Et
h̄ ſignat Job.iij.vbi ſm.b.tho.de nocte peccati origi
nalis dr. Expectet lucē.i.xp̄m ꝛ nō videat.qꝛ ipm non
cōtraxit originale ſolus. Nec ortū ſurgētis aurore.i.bea
te virginis q̄ in ortu ſuo ex vtero ab originali mūdata
īmunis fuit. Nō tamē ante animatōem in vtero ſctifi
cata fuit.qꝛ ſic nō incurriſſet maculā originalis culpe
ꝛ ſic nō indiguiſſet redemptōe ꝛ ſalute q̄ eſt ꝑ xp̄m. de
quo dictū eſt Matt.j. Ipe ſaluū faciet populū ſuuꝫ a
peccatis eoꝝ. Et hoc eſt incōueniens dicere.qꝛ ſic xp̄us s.pma.p.
nō eſſet ſaluator oīm hoīm vt dicat apl̄s.i.ad Thi.iiij. ti.viij.c.ij
Qđ ꝛ figuratū fuit.ſ.ſctificatōnem factā p⁹ aīatōeꝫ ꝛ.iij. d cō
Exo.vlt.vbi dr q poſtq̄ꝫ oīa ꝑfecta ſūt.ſ.circa taberna ceptōe.b.
culū impleuit nubes tabernaclm teſtimonij ꝛ glia dñi M. vtꝝ
impleuit illud. Tūc aūt oīa ꝑfecta ſunt circa taberna ī pctō ori
culū.q̄n ꝛ corp⁹ organiſatum ꝛ aīa creata.b.marie īfu ginali.
ſa eſt.ꝛ tūc origīali ꝯtracto in ꝯiunctōe aīe ad corp⁹ nu
bes culpe origīał operuit illđ.ꝛ grā dñi.i.grā īpleuit il
lud ab eo emūdans vł nubes gre operuit ſctificās ab
originali.ꝛ glia dñi.i.diuitias īpleuit ī ꝯceptōe poſtea
filij. Nec obſtat q in aliq̄b eccleſijs fiat feſtū ꝯceptōis
qꝛ feſtū illđ eſt de ſanctificatōe nō ꝯceptōe.ſꝫ q̄a neſcit
q̄n fuit in vtero ſanctificata.ideo fit feſtum in cōcepti
one referens ſe eccleſia ad ſanctificationem que forte fu
it facta qua die anima infuſa eſt corpori.

## Secundo ſpiritusſan. §. II.

ctus miſſus ſupuenit in eā ad opatōis ꝑfectiōem. Dic
apl̄s. Qui ſpū agunt hi filij dei ſūt.ſ.ꝑ adoptōnem et
grām.q̄cūꝫ eñ q̄s hēat grām opꝫ q agat.i.moueat
a ſpūſancto ad bñ agendū. Propt qđ dic Eſayas pro
pheta. Oīa opa nr̄a opat⁹ es in nob dñe.te.ſ.mouēte
ad bonū op⁹.ꝛ libero arbitrio aſſentiente ꝛ ꝯcurrente.
Multū āt iuuat ad bñ opandū bona ꝯplexio corpis ꝛ
debita diſpoſitio organoꝝ.ꝛ q̄ meliora naturalia hꝫ qđ
eſt ex diſpoſitōe corpis ille inſtinctū gre ꝑcepta ꝑfecti⁹
exequat. Et qꝛ.b.vgo optīa naturalia habuit ꝑfectiſſi
mā corpis ꝯplexionē ꝛ diſpoſitōem repleta grā in ſan
ctificatōe ꝑfecte opabat ꝛ feruent ex ardenti charitate
ꝛ in ꝯceptōe filij ſpūſſctūs miſſus ſupueniēs ad abū
dantiorē grām ꝯferendā adhuc poſtea ꝑfecti⁹ ſanctiuſ
ꝛ feruēti⁹ opabat. Totā eñ eā.vt ait.b.Hiero.incādu
erat dinus amor.vt nihil eſſet qđ in ea mūdan⁹ viola
ret affect⁹.ſꝫ ardor ꝯtinuus ꝛ ebrietas ꝑfuſi amoris.
Qđ aūt eſſet pulcerrima ꝛ optīe in corpe diſpoſita ptꝫ
tripłr. Pmo ex ſacra ſcptura. Ex antiq figura. Ex rōe M.opti
plima. Ex ſcptura ſalomōis h̄ oñdit dicētꝭ in ꝑſona do me ī cor
mini Canti.iiij. Tota pulcra es amica mea ꝛ macula ñ pe diſpo
eſt in te. Nulla amiatior decor ꝯiūctior caritate.b.Ma ſita ꝛ pu
ria.hec tota pulcra.qꝛ in aīma ꝛ corpe.pulcritudo aīe cerrima
ex refulgētia gre cū debita ordiatōe opeꝝ reſultat.ſic ꝛ ptꝫ tripłr
pulcritudo corpis extat ex q̄dā claritate.cū ꝯgrua ꝓpor
tiōe mēbroꝝ.qđ totū fuit in.b.maria p ceterꝭ. Sic eñ
ꝓpinq̄or fuit cūctis pncipio influxiuo.gre.ſ.xp̄o in oēs
ſm diuitatē efficient ſm hūanitatē inſtrałr.qꝛ mat ei⁹
ita copioſi⁹ cūctis recepit gre refulgētiā ꝛ oīm operuꝫ
bonoꝝ ꝑfectiorē opationē. Macła ñ fuit ī ea nec corpa
lit nec ſpūałr.ſ.clpe actuał nec ēt veniał qđ de nlła a
lia creatura pura dici pt. Qđ āt euāgeliū nihil dicat De pul
de ei⁹ pulcritudie corpali iō factū ē ſm Alb.vbi.s.q̄a critudin
cū ipa dña nr̄a ſit nob poſita in ſpeculū ꝛ exēplū ſaluoſ corporale
fiendi ꝑ bona opa.nō voluit eā ī talib laudari q̄ꝫ ior m.cuā.nī
dicat q̄rel

ſtinatus appetitus vel abuſus mulris eſt cauſa periū/ di. Cū etiā q̄ cū quicq̄d bonitatꝪ ꝛ pulcritudinis fuit ī alijs. in ipa plenꝰ fuerit tacēdo de aliq̄ ꝑticulari de ea vt de pulcritudīe ꝛ hmōi. magꝪ eā laudat tacite ſuppo/ nēdo q̄ꝫ explicādo ſic̄ ꝛ āgeli ſummi q̄ꝛ donis meliorꝫ denoiant̄ ꝛ laudātur. ñ tā ab īferiorib bois q̄ etiā ī eis ſūt ꝑfectꝰ q̄ꝫ ī inferiorib ordibꝰ excludant̄. Scd̄o pꝫ ex figura veterꝪ teſtamēti. nā q̄tuor īueniunt̄ ibi mlieres hrāꝫ. m. expſſiſſie figurātes. ſ. heſter cōiugata. Judith vidua. Rebecca ꝛ rachel ꝟgīes. Nā d̄ rebecca d̄r Gen̄. xx iiij. ꝙ fuit puella d̄cora nim̄s. ꝟgoq̄ꝫ pulcerrima ꝛ ī cō gnita viro. de rachel vero ꝙ erat venuſta facie ꝛ decora aſpectu. de iudith d̄r ꝙ erat eleganti aſpectu nimis ꝛ ꝙ erat ſtupori ī ocul' coꝝ q̄ eiꝰ pulcritudieꝫ mirabāt̄ nimis. Et iteꝝ ñ ē t'lis mlier ſup terrā ī aſpectu pulcritudie. ꝛ ſē ſu ꝟboꝝ. De heſter autē cōiugata aſſuero regi ſcribit̄. ꝙ erat pulcra valde ꝛ īcredibili pulcritudie. et ḡtioſa oīm ocul' ꝛ amabil' videbat̄. Signū āt ꝛ figura dꝫ aſſilari ſignificato ꝛ figurato. ꝛ potior ē veritas q̄ꝫ figura. Ex q̄ ſeq̄tur. ꝙ. b. maria figurata ꝑ iſtas tā pulcras m'lto pul crior fuit. Nec ob. ſi dicat̄. ꝙ pulcritudo mlieꝝ ē magꝪ oc caſio mali ꝓpter q̄d d̄r eccl'i. Ne aſpicias ꝟginē ne ſcāda/ lizeris ī pulcritudie eiꝰ. Et iteꝝ ꝓpter ſpēꝫ mlieris m'lti ꝑierūt. Sꝫ btīſſima ꝟgo d̄buit oib eē cā ſaluādi nō oc caſio ꝑeūdi. ḡ ñ d̄buit eē pulcra. Itē q̄ ſummē fuit humi lis. d̄buit hre oēs cās hūilitatis. Sꝫ pulcritudo ē occa ſio ſupbie ꝛ ianis glie ſm illud. Faſtus ineſt pulcris. Et exm̄ ī vaſti regia. Heſter. ij. Rn̄t alb. vbi. s. ꝙ pulcritu/ do corꝑalis ī ſuo genere ē bona. Sꝫ nihil ē adeo bonū q̄n ex eo poſſit malꝰ ſcādalizari. vñ nō ſolū ī hoīe xp̄o ſcāda/ lizabant̄ mali ī doctrina ꝛ opib eiꝰ ꝓpter q̄d dixerūt di ſcipuli eiꝰ. Scis rabi q̄ꝛ phariſei audito hoc ꝟbo ſcādali zati ſunt. ſꝫ ꝛ ī ipo deo ꝛ gubnatiōe eiꝰ. Vñ glo. ſup illd̄. Quā bonꝰ iſrl' deꝰ. his q̄ recto ſunt corde. Dic̄ ꝙ ꝑuerſ ꝑuerſus vid̄r deꝰ. Tal' ḡ occaſio mali ſiue ſcādali paſſiui nō ē vitiū bonā naturā hn̄tis. ſꝫ culpam patiētis ſicuti ipi d̄mōes de pulcerria dei iuſticia ſcādalizant̄. Hic ꝛ. b. Aug. Abſit vt ea q̄ ꝓpter licitū ꝛ bonū facimꝰ ꝛ hēmus ſi q̄d ꝑ hoc cuiq̄ꝫ aliq̄d mali ꝑter nr̄aꝫ volūtatē acciderit nob īputet̄. Quid ei ē ī vſu hoīꝫ bono ꝛ licito. vñ ñ poſ ſit ꝑuities irrogari. xxiij. q. v. de occidēdis. ſic āt grā ē no bilior natura ꝛ ꝑfectior ita ꝛ hūilitas q̄ ē ex grā ē ꝑfecti/ or ea q̄ ꝑtin̄ ē ex natura ꝑtin̄ ex grā. vt ſiqua mlier eſſet humil'. tū q̄ꝛ hꝫ grāꝫ. tū q̄ꝛ turpis ꝛ d̄formis. vñ nō mirꝝ nec laude ita dignū opīo iudicaret hūana ſi virgo d̄for/ mis humil' eēt ꝛ q̄ſi d̄ſpecta viro ꝟgo ꝑmaneret ſecus ſi pulcerrima tūc admirāda. q̄ꝛ ex ſola grā. Ratōe ꝓbat̄ ſic ſm philo. Natura ē vis īſita rebꝰ ex ſi'li ſilie ꝓcreās. Ni ſi ḡ natura īpediat̄. v'l erret filius erit ſi'lis patri v'l ma/ tri. vñ ſeq̄t̄ ꝙ filꝰ q̄ naſcit̄ de mr̄e ꝛ nō de pr̄e. et t'li ope rante q̄ nō p̄t īpediri v'l errare. ſ. d̄o. ibi neceſſe ē filiū fieri ſi'lem mr̄i ꝛ ecōuerſo. ſed ipē ē pulcerrimꝰ iuxta illd̄ ps̄ Specioſus forma p̄ filijs hoīm ita ꝙ ī ipm̄ deſiderant āgli ꝓſpicere. vt ait petrus ī canon̄. ḡ ꝛ mr̄ eiꝰ. be. maria ē pulcerrima. Qui viderīt veronicā. dicūt ꝙ pulcerrimā et glioſſiſſimā faciē repītet. Scd̄o ſic ꝓbat̄. Corpus hu manū pulcrꝰ ē ꝛ nobilꝰ oib corꝑib brutoꝝ ꝓpter vni/ onē ad aīaꝫ rōnalē. Ergo nobilitas corꝑis ītendit̄ ꝛ au/ get̄ ad nobilitatē aīe ad quā ordīat̄ vt ſuū ꝑfectibile. For ma ei ꝛ materia dn̄t eē ꝓportōnabilia. Si aīa b. virgīs fuit nobiliſſima pꝰ aīaꝫ filij. igit̄ ꝛ corpꝰ eiꝰ fuit nobiliſ ſimū ꝛ pulcerrimū pꝰ corpꝰ filij. Corpꝰ ei filij q̄ꝛ vnitū d̄itati. iō ꝑfectiſſimū ī pulcritudie. vñ corpꝰ īmediate or diatū ad ipm̄ erit ſcd̄o loco pulcerrimū. Sꝫ illud fuit corpꝰ matris. vñ aſſumebat̄ id q̄d vniebat̄ diuinitati ꝓpt̄ q̄d ſeq̄t̄. ꝙ fuit pulcerrimū corpꝰ. bea. marie. Tertio ſic.

Argumētum ꝯtra

Reſpōſio

Ordo ē ī reb naturalib ꝛ ī corꝑib hūanis. Natura fa cit aliq̄d pulcrū ꝛ aliq̄d pulcrius. Ergo ꝛ aliq̄d dēt eſſe pulcerrimū ſm naturā. Natura ei hēt aliquē terminum ad quē p̄t ꝛ ñ vltra. Aut ergo illū terminū ꝯtīget alicui aut nuſq̄ꝫ. ſi nuſq̄ꝫ ḡ d̄fic̄ rſpectu ſuaꝝ oꝑatōnū q̄d ē fꝫ q̄ꝛ phs dicit ꝙ natura nō abūdat ī ſupfluis nec d̄ficit in neceſſarijs. Natura igit̄ alicui hꝫ ſuū ſummū. Corpꝰ āt naturale aliq̄n format̄ a corꝑe naturali ipa natura crea/ ture oꝑante natural'r ꝛ aliq̄n ipo d̄o oꝑante ſupnatural'r. ergo alicui ē ſummū ī corꝑe hūano deo oꝑante ꝛ alicui ſummū natura oꝑante. Sicut ḡ corpꝰ dei q̄d deus ꝑ ſe/ ipm̄ formauit ē ꝑfectiſſimū ꝛ pulcerrimū in natura q̄d deꝰ potuit facere ſm ſtatū vie. ita corpꝰ bea. virgis ad h' īmediate ordinatū erit pulcerrimū ſm ſtatū vie q̄d na/ tura potuit facer̄ ſe oꝑante. Et damaſ. dicit ꝙ ipa a n'llo illuſtriū. ſ. viroꝝ ꝛ mlieꝝ ſupat̄. ſ. ī aliquo. Vñ nec ī pul critudie. Et caſtitas ipa laudabilior ē ī pulcris. Debuit ergo btīſſima virgo maria oī laude digniſſima de vtra q̄ꝫ pulcritudīe laudari. vñ ꝛ corꝑali etiā. Pri͛o ad ipſius cōmēdatōeꝫ. vt naturā ꝑficiat. et grāꝫ augmētet. q̄ꝛ for/ ma pudicicie rara. ſꝫ apta comes. Scd̄o ad noſtrā edifi/ catione ꝛ deuotōeꝫ. Sap. iiij. Pulcra ē ei caſta generatō cū claritate. Et tertiō ad dn̄ici corꝑis ꝯmēdationē q̄ꝛ nō poteſt arbor bona ꝛ nobilis fructū malū ꝛ ignobilē face re. Euāgeliū āt nō curauit de eiꝰ pulcritudie narrare ꝓ/ pter rōes iā dictas. Et q̄ꝛ magꝪ ī eo ꝛ ex eo ītendit̄ perfe ctio ꝛ pulcritudo ſpūal'. q̄ꝫ circa tꝑalia. ꝛ corꝑalia. Et ex his dicēdū ē. ꝙ cū pulcritudo atteſtet̄ optīe ꝯplexiōi et diſpoſitioni corꝑis que cū grā ꝑfectius oꝑatur natura grāꝫ iuuante pulcerrima corꝑe cū maxīa gratia ꝑfectiſſi me operata eſt in omibus.

Nō ſolū debuit dupliciter laudari ſ. mētali et corꝑali ꝓpter tria.

# Quantum ad tertiū. §. III.

ſpūſſanctus miſſus ſupuenit in mariā. i. ſuper oēs ali/ as modo miraculoſo. dās ſibi fecunditatē ꝛ ꝟtutē gene randi. q̄d alie mulieres hn̄t ex viri ꝯiūctōe. Vñ Johēs damaſce. li. iij. dicit ꝙ dei filꝰ ꝯſtruxit ſibi ip̄i ex caſtiſſi mis ꝛ puriſſimis ſanguinib virginis carnē aīatā aīa rōnali. Pro cuiꝰ declaratiōe dicit. b. tho. in. iij. ꝑ. q. xxxi. ar. v. ꝙ in ꝯceptōe xp̄i aliq̄d fuit ſm naturā. aliq̄d ſup naturā. Nā ſm conditōem nature ſuīq̄ꝫ ꝯceptus ē ex femina. Sed ſupra ꝯditōem nature ꝙ ꝯceptus ꝛ natꝰ eſt ex virgine. Si ordinē nature q̄ris. inq̄t. b. Amb. Femīa viro nupta generare ꝯſueuit. ꝑter igit̄ nature ordinem eſt xp̄i ꝑtus ex virgine. de ꝯſe. di. ij. Reuera. Cū aūt. b. maria fuerit eiuſdē nature cū feminis alijs. cōſeq̄ns eſt ꝙ habuit carnē ꝛ oſſa eiuſdē nature. Carnes aūt ꝛ oſſa in alijs femīs ſunt eſſentiales corꝑis ꝑtes ex q̄bus cōſti/ tuit̄ integritas corꝑis. ꝛ iō ſubtrahi non pn̄t ſine corru/ ptione corꝑis vel diminutōe. xp̄s aūt qui venerat corru pta reparare. nullā corruptōem aut diminutōem inte/ gritati matris inferre debuit. Et ideo nō debuit corpuſ xp̄i formari de carne vel oſſibus virginis. ſed de ſangui ne q̄ nōdū eſt actu ps̄. ſed eſt potētia ps̄. vt d̄r in li. d̄ ge neratōe aīaliū. Et ideo d̄r carnē de virgine aſſumpſiſſe vt in collecta. Deus qui de beate marie virginis vtero verbū tuū angelo nūciante carnē ſuſcipe voluiſti ꝛc̄. nō ꝙ materia corꝑis fuerit actu caro. ſed ſanguis q̄d ē po/ tentia caro. Nō q̄dem ſanguis mēſtrualis queꝫ natura ſupfluum in mulierib repellit nec ex tali poteſt eſſe con ceptus. q̄ꝛ immūdiſſimus eſt. ſed ſanguis puriſſimꝰ. q̄ eſt alio ſanguine purior ꝛ ꝑfectior paratus ad ꝯceptuꝫ. Sic ergo in ꝯceptōe corꝑis xp̄i oꝑatōe ſpūſſancti talis ſanguis puriſſimꝰ in vtero virginali adunatꝰ eſt ꝛ for matus in ꝓlem. Et iō d̄r ex puriſſimis ꝛ caſtiſſimis ſā guinib virginis illud corpꝰ formatū. Nā in alijs mu/

De ſanguine m. puriſſio corpꝰ xp̄i formatū eſt.

liẽrib⁹ generãtib⁹ ſanguis ille deſcendit in locũ genera
tõnis cũ quadã cõcupiſcẽtia.ſed ĩ virgĩe nulla fuit con
cupiſcen.ĩa ꝛ ideo dicit̃ caſtiſſimis. Et in euãgelio virt⁹
altiſſimi obumbrabit.i.refrigeriũ p̃ſtabit vt nullũ ſen
Quare cõceptõ iſta attribuat̃ ſpũſctõ eſt rõ tri plex. tias calorẽ cõcupiſcentie. Quare ãt dicat̃ xp̃s cõceptus
de ſpũſancto ꝛ ſibi attribuat̃ iſta cõceptio. Pro cui⁹ de
claratõe dicit.b.tho.in tertia parte.q.xxxij.articu.i.ꝙ cõ
ceptionẽ xp̃i tota trinitas opata eſt. Attribuit̃ tamẽ ip̃a
ſpũſancto vt dicat̃ cõcept⁹ de ſpũſancto triplici ratõne.
Prima quia hoc ꝯgruit cauſe ĩcarnatõis q̃ ex p̃te dĩ cõ
ſiderat̃. Spũs eñi ſanct⁹ ẽ amor patris ĩ filiũ ꝛ filij in
patrẽ ſm hiero.nõ qdã accidẽtalis.vt ẽ amor nr̃.qꝛ nul
lum ĩ deo accidẽs. ſed ſubſtãtialis.hͦ ãt ĩ maxĩo amore
dei regã nos p̃ceſſit.vt dĩ fili⁹ ſumeret carnẽ nr̃aꝫ ſibi ĩ
vtero ꝟgĩali.vñ Jo.iij.dixit ieſus. Sic deꝰ dilexit mũdũ
vt filiũ ſuũ vnigeĩtũ daret. Et.b.Gre. O ĩeſtimabil' di
lectio caritat.vt ſeruũ redimeres filiũ tradidiſti. Scdã
ratio ẽ.qꝛ hoc cõgruit cauſe ĩcarnatõis ex p̃te nature aſ
ſumpte.qꝛ ꝑ hoc datur ĩtelligi ꝙ hũana natura aſſum
pta eſt a filio dĩ ĩ vnitate ꝑſone.nõ ex aliqbus meritis.
ſꝫ ſolã grã q̃ ſpũſancto attribuit̃ ſm illd.i.Corĩ.xij. Di
uiſones grãꝝ ſunt idẽ enĩ ſpũs Vñ.b.Aug.ĩ encheridi
Jſte mod⁹ q̃ natus ẽ xp̃s de ſpũſancto.ſ.cõceptuſ ĩſinu
ẽt nobis grãm dei q̃ homo nullis meriti p̃cedẽtibus ex
ip̃o primo exordio nature ſue quo eſſe cepit.verbo dĩ cõ
pularet̃ ĩ tantã vnitatẽ ꝑſone.vt idẽ eſſet fili⁹ dei. Ter
tia ratio eſt qꝛ hoc cõgruit termĩo ĩcarnationis. Ad hoc
enĩ terminata eſt ĩcarnatio vt homo ille qui ꝯcipiebat̃
eſſet ſanct⁹ ꝛ filius dei vtrũqꝫ aũt hoꝝ attribuit̃ ſpũi
ſancto. Nam ꝑ ip̃ſum efficiũt hoĩes filij dei ſm illud ad
Gal.iiij. Quoniã eſtis filij dei.miſit de⁹ ſpm̃ filij ſui ĩ
corda veſtra clamãtẽ abba pater. Jpſe ẽt ſpũs ẽ ſpũs ſã
ctificatõnis.vt dicit̃ ad Ro.i. Sicut ergo alij ꝑ ſpm̃ ſan
ctum ſanctificant̃ ſpiritualiter vt ſint filij dei ad optiuĩ
ita xp̃s per ſpiritũſanctũ eſt ĩ ſanctitate ꝯcept⁹.vt eſſet
fili⁹ dei naturalis vñ ad Ro.i.ſm vnã glo. qd̃ p̃mittit̃
Qui p̃deſtinatus eſt filius dei in virtute manifeſtat̃ ꝑ
id qd̃ ſequit̃ ĩmediate.ſ. ſm ſpm̃ ſanctificationis.i. per
hoc ꝙ ꝯceptus eſt de ſpũſctõ.et ip̃ſe angelus per hoc ꝙ
p̃miſerat. Spiritusſctũs ſupueĩet ĩ te.cõcludit. Jdcoqꝫ
qd̃ ex te naſcet̃ ſanctũ vocabit̃ filius dei. Eſt ergo opus
ꝯceptionis hui⁹ vt dictũ eſt opus toti⁹ trinitatis cõe
ſm tamẽ aliquẽ modũ attribuit̃ aliquid ſingulis ꝑſoĩs
Nam patri attribuit̃ autoritas.reſpectu ꝑſone filij qui
ſibi per huius cõceptionẽ naturã hũanam aſſumpſit.
Filio attribuit̃ ip̃ſa carnis aſſumptio. Spirituiſctõ at
tribuit̃ formatio corporis.qd̃ aſſumit̃ a filio. Nam ſpũſ
ſanctus eſt ſpiritus filij ad Gal.iiij. Miſit de⁹ ſpritũ
filij ſui. Sicut aũt virtus anime q̃ eſt in ſemĩe ꝑ ſpm̃ q̃
eſt in ſeĩe ꝯcludit̃.formatur corpus in generatõne alioꝝ
hoĩm.ita virtus dei q̃ eſt ip̃ſe filius ſm illd.i.corĩ.i.xp̃ꝫ
dei virtutẽ.ꝑ ſpiritũ ſuũ corpus formauit. Et hec verba
euãgelij demonſtrãt vbi dicit̃. Spiritusſanct⁹ ſupueni
et in te.ſ.ad p̃parandam et formãdam materiã corpis xp̃i
Et virtus altiſſimi.i.xp̃s obumbrabit tibi.i.corpus hu
manitatis in te ſuſcipiet incorporeũ lumẽ deitat. Vm
bra enĩ a lumĩe format̃ ꝛ corpe vt.b.Greg.ait.xviij.mo
ral. Altiſſim⁹ autẽ intelligit̃ pater.cui⁹ virtus eſt fili⁹
et.b.Aug.dicit in enche.ꝙ nõ eodẽ mõ dicit̃ xp̃s ꝯcep
tus aut natus de ſpũſctõ et de virgĩe maria. Nam de
maria dicit̃ cõceptus materialr̃.qꝛ.ſ.materia corpis xp̃i
de corpe eius ſumpta ẽ.ſꝫ de ſpũſctõ ꝯceptus dicit̃ effec
tiue.quia.ſ.ſpũſctũs formauit illud corpus.et nõ qꝛ de
ſubſtantia eius ſit cõceptus.vt filius alicuis hoĩs de
patris ſui ſubſtantia.nec etiã plus opatus eſt ſpũſctũs
in illo ope cõceptionis q̃ꝫ pater vel filius ſed ſibi magĩ
attribuit̃ ratione iam dicta. Jlla ergo cõceptio xp̃i ſm Cõceptio hec huit̃ tria priui legia
b.tho.in.iij.p̃te.q.iiij.habuit tria priuilegia.ſ.ꝙ eſſet ſiñ
peccato orginali facta.et ꝙ eſſet nõ puri hoĩs ſed hoĩ
et dei.et ꝙ eſſet conceptio virginis.id eſt a virgine.ꝛ hec
tria habuit a ſpiritusancto. Et ideo dicit damaſcenus.
q̃tum ad primum ꝙ ſpiritusſanctus ſuperuenit virgi
ni purgans ip̃am.id eſt preſeruans ne euꝫ peccato origi
nali conciperet.q̃tum ad ſecundũ dicit.et virtutem ſu
ſceptiuam verbi dei tribuens. id eſt vt conciperet ver
buꝫ dei. Quãtum ad tertium dicit.ſimiliter et virtuteꝫ
generatiuam.vt ſcilicet manes virgo poſſet generare.
Non quidem actiue ſed paſſiue.ſicut alie mulieres hoc
conſequuntur ex ſemine viri. Et ſic ſpiritusſanct⁹ miſ
ſus eſt ad virginem ad iſta faciendum.

De pulcritudine beate virginis. Caplm̃.xi.

## Speciē tua et pulcritu

dine tua. Specie ſcilicet corporali.pulcritudi
ne ſpirituali. Et ideo dicitur Canticoꝝ.iiij.ca.
Tota pulcra es amica mea et macula non eſt in te. Jn
tende ſcilicet ad indigentias noſtras. ad orationes no
ſtras ad prouiſionem noſtram proſpere procede de vir
tute in virtutem.ſcilicet proficiendo ſine defectu. proce
de ad orandum pro nobis.procede ad impetranduꝫ no
bis bona.ꝛ regna in celis ſuper omnes.regna ſuper de
mones comprimendo.regna in terris nos tibi ſubijciẽ
do.vicia deſerendo.

## De pulcritudine in .§.i.

particulari dicit Albertus vbi ſupra.ꝙ hec in trib⁹ cõ
ſiſtit.ſcilicet in debita corporis quantitate, et qualitate. Pulcritu do corpal' ĩ trib⁹ cõ ſiſtit
Jn eleganti membrorum diſpoſitione et proportione.
Jn coloris venuſtate. Conueniens quantitas corporis
eius poteſt probari a quantitate corporis filij ſui.quod
tanq̃ꝫ perfectiſſimum in ſuis naturalibus debitiſſimaꝫ
habuit quantitatem. Corpus enim filij formatur a cor
pore generantis.ita ꝙ de tali tale.et de tanto tantum.
niſi error aut impotentia impediat vel per viam accidẽ
tis aliter fiat. Sed naturaliter magnus magnũ.ꝛ par
uus paruum.et tantus tantum. Cuꝫ ergo filius habu
erit in ſummo debitam quantitatem.et mater eius vir
go habuit debitam quantitatem conuenientem femi
ne. Et ita credimus. Jdem de qualitate dicentes. Mo
di qualitatis ſunt quinqꝫ.ſcilicet groſſicies nimia.et ex
tenuata macies. Sithesis ſqualiditas et equalitas. Pĩ
guedo cauſat̃ ex frigiditate et hũiditate. Squaliditas
ex caliditate et frigiditate. Extenuata macies ex calidi
tate et ſiccitate. Sinthesis ex frigiditate et ſiccitate. E
qualitas ex omnium humorum equalitate. cuiuſmodi
credimus fuiſſe corpus beate virginis. De membroruꝫ
diſpoſitione et proportione idem dicimus. ſcilicet ꝙ fu
it cõgruentiſſima.quod probatur ex parte generati. Jn
formatione enim corporis a generante.ſic formatur totũ
a toto.quod a qualibet parte generantis fit formatio.
Vnde inter generantem et genitum naturaliter et regu
lariter ſingulorum membrorum ad inuicem eſt ſimila
tio in forma et figura.niſi per viam accidentis impedia
tur. Jn corpore autem dominico formando nullum po
tuit intercidere impedimentum.cum ſpiritusſanct⁹ for
mator extiterit.et ideo membra illius corporis fuerunt
elegantiſſime diſpoſitionis et congruentiſſime propor
tionis.ita ꝙ oculi non fuerunt nimis grandes vl' par
ui reſpectu aliorum membrorum. Similiter aures. ge
ne.os. brachia. manus. tibie. et huiuſmodi alia. ſed
ſingula erant omnibus alijs correſpondentia. Et ideꝫ
dicendum eſt de membrorum proportione beate vir

ginis matris eius.ſ.ꝙ ſit medie ſtature.quia medium
tenuere beati.i.ꝙ nō ſit nimis puꝰ.nimis puſillꝰ ad o-
perandū.nec nimis magnꝰ in ꝯſumēdo vltra vires ſu
as vt ſupbi gigātes. Qualitas.vt nō nimis pinguis et
carnoſa.i.delitijs affluens ⁊ diuitijs.nec nimis macilen
ta.ſ.indiſcrete abſtinēs.de conſe.di.v. Nō mediocrit.et
di.xli. Quātitas ꝓportio debita mēbroꝝ.i.debita obſeruā
tia circūſtātiaꝝ in operando qḋ ptinet ad prudentiā. Cō-
tpantia quatuor hūoꝝ.i.moderata quatuor paſſionū.ſ.amo
De colore ris.timoris.triſticie.⁊ ſpei. De colore ſciendū ꝙ triplex
bte ꝟgis. eſt coloris diuiſitas in corpe hūano. In cute.in capillis.ī
oculis. Et de colore in cute vidē ꝙ fuerit mixtꝰ ex albo
⁊ rubeo.qꝛ ſic autores medicine dicūt. In cute color ab
interioribꝫ duobꝫ accidit mōis. Aut ex abūdantia.aut
ex eqlitate humoꝝ. Ille eſt ex eqlitate q̄ ē ꝯpoſitꝰ ex al-
bedine ⁊ ex rubore. Alij colores ex ineqlitate. Sꝫ nobili
or eſt color q̄ ꝓcedit ex eqlitate hūoꝝ.ḡ color ī ea fuit ex
albo ⁊ rubeo. Et qꝛ iſta pn̄t rduci ſignificatiue ad pulcri
tudinē anime.iō aliqntulū diffuſiꝰ dicemꝰ ſm illḋ Cā-
ticoꝝ.iiij. Tota pulcra es.ſ.in aīa ⁊ corpore.⁊ macla nō
eſt in te. Pulcritudo eñ atteſtaᷦ nobilitati ⁊ pfectōi cō
plexiōis. Vñ cū additōe grē q̄ fuit in ſūmo in maria ꝑ
fectius opabaᷦ. Dic ḡ alb.vbi.s.ꝙ ſex ſūt colores cutis.
Sex ſunt Primꝰ ex albedie ⁊ rubedie ꝯpoſitꝰ. Scḋs niger. Ter
colores ſꝫ tius citrinꝰ. Quartꝰ glaucꝰ. Quintꝰ ſolꝰ albꝰ. Sextus
albertuꝫ. ſolꝰ rubeꝰ. Ille aūt q̄ ē ꝯpoſitꝰ ex rubore ⁊ albedine.vt
dicit ioānitiꝰ.eſt ab eqlitate ꝓcedēs. Oēs aūt aliq̄ ex in
eqlitate ꝓcedūt hūoꝝ. Vñ pmꝰ.ſ.ex albo ⁊ rubeo ē no-
Quis co- biliſſimꝰ ⁊ corpi euchratico.i.bñ diſpoſito determinaᷦ.
lor nobiliſ Et a Galieno in tēperata ꝯplexiōe poſitꝰ. Dicit eñ ī te
ſimus. gni.ꝙ corpꝰ euchraticū eſt ex albo ⁊ rubeo mixtū.⁊ ſilr
a ꝯſtantino in pātegni. Et hūc ꝯcedimꝰ in corpe beatiſ-
ſime ꝟginis fuiſſe. Et lꝫ color niger ſit magis viſui ꝯgru
us alteri ad videndū.nō tñ eſt magis determinatꝰ cor-
pori euchratico ad hñdū. Color eñ corpis ē pncipalr ad
corpꝰ ꝓpriū venuſtandū.⁊ ſuā ꝯplexionē oñdendū. Itē
cū viſus delecteᷦ in pulcro ⁊ luce ꝓportionabili. delecta-
bilior ⁊ delitioſior ⁊ ad videndū lumē ſi eſt color albus
mixtus cū rubore q̄ nigredo. Nec obſtat etiā ꝙ colores
extremi ſūt magꝭ ſenſitiui. Illa eñ ꝑeminētia ſūt reſpe
ctu alteri videntꝭ.iſta aūt reſpectu hñtis. Natura āt vt
dicit phs magis tendit ſibi niſi ſit ebria. Et iō color cor
poris magis debet determiāri ſm ꝯgruentiā ſui ſubie
cti q̄ reſpectu alieni.vñ de xpo filio ꝟginis dr Cāti.iiij.
Dilectꝰ meus candidꝰ ⁊ rubicundꝰ. Et in aīa q̄dem co
lor candidꝰ deſignat puritatē ſm docto. Rubꝰ aūt ca-
ritatē. Que ꝟtutes puritas ⁊ caritas fuerūt in ꝟgine in
ſūmo. Ea eñ puritate nituit q̄ maior ſub deo neqat re-
periri ſm anſel.ſ.ī hūana natura. Nā filꝰ eiꝰ erat deꝰ.⁊
ideo maior in eo.qꝛ nec originale de caritate.dic.b.Hie-
rony. Totā īcanduerāt eā diuus ⁊ ardor ꝯtinuꝰ in ea. ⁊
ebrietas perfuſi amoris. Ignis aūt coloris rubei ē.⁊ ebri
etas rubeū fac̄ ⁊c̄. De colore capilloꝝ ſciēdū vt allegat
De colore alb. Cōſtantinꝰ in pātegni poſuit tres cauſas capilloꝝ
capilloꝝ. dicēs. Capilli caput cuſtodiūt ⁊ defendūt ⁊ honeſtāt q̄-
bus ſi careat hō maxīa eſt inhoneſtas ⁊ pcipue in mu-
lieribꝫ q̄ ad caput. Et iuxta hᷓ fecit natura corpori iuua-
menta ⁊ ornamēta. Cauſa autem quare maſculi barbe
ſcunt et nō femine.eſt qꝛ maſculi ſunt calidiores.in qui
bus fumus q̄ eſt piloꝝ natura magis augmentaᷦ. quē
quia natura nō ſufficit expellere.expellit per duo loca ꝑ
caput et barbam.vñ fit vt femine calidiſſime barbeſcē
videanᷦ.et econuerſo in maſculis frigidis.vñ nō barbe
ſcunt eunuchi.qꝛ perdiderunt mēbra calidiora. Pili er
go iſti facti ſunt a natura vt eſſent iuuamēta ⁊ ornamē
ta. Et ex hoc patet ꝙ tres ſunt cauſe piloꝝ. Expulſio ſu

[handwritten marginal note:] Quare maſculi barbeſcu[n]t et non femine no[ta] ...

perfluitatis fumoſe in natura.et defenſio a calore ⁊ fri-
gore et ornatus capitis. Scḋm autem autores me-
dicine quatuor ſūt colores capilloꝝ.ſ.niger.rubeꝰ.glau
cus et canicies. Cū autē glaucus cōſtet ex humore abū
dante melācolico. Canicies aūt ex nimia defectiōe natu
ralis coloris et ex effectu putridi fleumatis.ꝙ plimuꝫ
fit in ſenibꝫ.de his duobꝫ nō fit queſtio.ſed tm̄ de nigro
⁊ rubeo. Nā videᷦ ꝙ capilli ad oſtendendū meliorē cō-
plexionē corporis.debeāt eſſe magis rubei q̄ nigri.q̄a
dicit Galienus. Rubedo atteſtaᷦ ſanguini.nigredo au
tem melancolice.vel colerice complexioni. Ergo cū nobi
lior ſit complexio ſanguinea q̄ colerica.color atteſtans
ſanguini.ſ.rubeuſ.nobilior erit q̄ atteſtās colerice vt ni
ger. Ergo nobilior erit rubedo q̄ nigredo.et ſic in nobi-
liori corpore erit rubedo. Et ſic concludit ſm Galienuꝫ
ꝙ in optimo complexionato cerebro.capilli debēt eē ru
bei. Econtra videᷦ ꝙ in corpore euchratico.i.optīe cō-
plexionato.capilli potius d̄bent eſſe nigri q̄ rubei. Et
vt primo q̄tum ad vtilitatē capilloꝝ que eſt expulſio
fumoſe ſuperfluitatꝭ iuuatiua. Quecūq̄ aūt ſuperflui
tas magis eſt nociua.illius expulſio magis eſt iuuatiua
Sed colericū incenſum ⁊ ſanguineū aduſtū magis eſt
nociuū q̄ ſanguis nō aduſtus.ergo magis eſt iuuatiua
huius expulſio q̄ illius. Sed ad iſtius expulſionē ſeq-
tur generatio capilloꝝ nigroꝝ nō rubeoꝝ.ḡ q̄tum ad
illā cauſam corpus euchraticū magis debet habere ca-
pillos nigros q̄ rubeos. Similiter q̄tum ad defenſio-
nē. Capilli eñ nigri fortiores ſunt q̄ rubei. Silr q̄tuꝫ
ad ornamentū.pulcrior eſt eñ ⁊ aptior ꝓportio extremi
ad extremū.q̄ medij ad extremū. Oppoſita eñ circa
ſe poſita magis eluceſcunt.ergo ſuppoſito colore albi ⁊
rubei in cute magis venuſtat in capillis nigredo q̄ al-
bedo vel rubedo. Item q̄tum ad ſignatū rubedo atte-
ſtaᷦ mobilitati ⁊ infidelitati.nigredo ꝯſtabilitati ⁊ firmi
tati.qꝛ correſpondet elemento.qḋ eſt terra. Vñ ⁊ Con-
ſtantinus doctor in medicina de equali ꝯplexione et ſi
gnificatione eius dicit.ꝙ corpꝰ equale neq̄ eſt multuꝫ
macidū neq̄ pingue. Color aūt eiꝰ inter albū ⁊ rubeuꝫ
mediꝰ. Pili aūt in infantia rufi.in pueritia ⁊ iuuentu
te nigri. Et ſic deſſe videᷦ ꝯtrarietas inter Galienū ⁊ cō-
ſtantinū de colore capilloꝝ in corpore equali.quia Ga-
lienus dicit eſſe rubeū. Conſtantinus nigrū. Similiᷦ
inter illos q̄ loquunᷦ de corporis pulcritudine diuerſa
ſentiunt de colore capilloꝝ.vnus eñ dicit. Femineū ple
ne ſi vis formare decorem. Crinibꝫ irrutilet nitet auꝝ
vult dicere ꝙ capilli debent eſſe aurei coloris qui tēdit
in rubeum. Alter dicit ſpectandū nigris oculis.⁊ ī Cā
ticis.vbi deſcribiᷦ pulcritudo ſpūalis per exteriorē cō
poſitionem dr. Come eius ſicut elate palmaꝝ nigre q̄ſi
coruus. Et ſic videᷦ ꝙ nigredo in capillis ptīeat ad
pulcritudinē. Item ſoboles ſm complexionē innatam
ſolet aſſimilari parentibus ⁊ econuerſo. Sed genꝰ iu-
deoꝝ vt in plurimis habet capillos nigros. Et veroni
ca pretendit nigrā barbā ⁊ nigros crines. Ergo ⁊ dña
noſtra habuit capillos nigros. Concordat Alber.iſtam
contrarietatem per iſtum modum dicens. Color in ca-
pillis immediate ſignificat ſuper diſpoſitōnem cerebri
Unde optimꝰ color in capillis debet determinari ſm
optimam complexionem cerebri. Optima autem com
plexio cerebri determinatur ſm duos modoſ. Uno mo
do cerebrum eſt optime complexionatum.quando ē o-
ptime ordinatū ad actiōes virtutis naturalis.ita ꝙ
operationes cerebri maxime ordinantur ſm equalita-
tem ad operationes cordis et epatis .et aliorum mem
brorum principalium. Et ſm hoc cerebrum debet eē ca
lidū ⁊ humidū. Et iō capilli in infantibꝫ ſunt ſubrufi.

In pueris rufi vel ſubrubei. In pfectis ſunt rubei. Et ꝺ
his dicit Galien⁹ ſupra. ꝙ euthraticũ corp⁹ habet capil
los rubeos. Et ille alius q̃ habet capillos aurei coloris.
Alio mõ eſt cerebrũ euthraticũ ſm ꝙ eſt optime diſpo-
ſitũ ad opatões aĩales. q̃ ꝓprie ſunt in cerebro ⁊ mediã
te ſpũ animali q̃ naſcit̃ in cerebro. Et ſm h̃ calidũ ⁊ ſic-
cum debet eſſe cerebrũ. qꝛ ille due q̃litates maxĩe deſerui
unt cognitõi. A caliditate eñ eſt velocitas apphendẽdi
A ſiccitate aũt firmitas retinendi. A calore eſt motus ⁊
mobilitas. A frigore quies ⁊ ĩmobilitas. Et ſic magꝭ cõ
gruit pfectioni cerebri ſiccitas q̃ȝ humiditas. Et ſic mo-
bilius eſt cerebrũ ſm ꝟtutes aĩales ſiccũ q̃ȝ humidum.
Vñ ⁊ ſiccioris cerebri ſunt pfectiores ſenſib⁊ ⁊ vigilãtꝭ na
ture. humidioris aũt ſunt ſenſu hebetes ⁊ mlti ſomni ⁊ p
fundi. Et ſm h̃ Conſtantin⁹ dicit euthraticũ corpus ha
bere capillos nigros. Cũ aũt ſint nobiliores opatões ꝟ
tutis animalis q̃ȝ opatões ꝟtutis natural. ſequit̃ ꝙ per
fectiſſimi corpis cerebrum debet eſſe ſiccũ ⁊ calidum. Er
go cũ beatiſſima ꝟgo habuerit corp⁹ pfectiſſimũ. ſequi
turꝙ cerebrũ ei⁹ fuit ſiccũ ⁊ calidũ. ⁊ p ꝯñs habuit ca-
pillos nigros. ⁊ cũ color oculoꝝ ſignificet ſup ꝯplexione
ꝓprij ſubiecti. ꝓpter hoc cerebro ſicco determinabat̃ color
oculoꝝ niger ⁊ dñabit̃. ⁊ a tali cerebro ſicco ⁊ calido trãſ
mittit̃ ſpũs viſibil ad oculũ paucior ⁊ ſubtilior ⁊ fortior
Et ſimili mõ nutrimentũ pauci⁹ ſubtili⁹ ⁊ forti⁹. Pau
citas ãt ſpũs ⁊ nutrimẽti creat nigredinẽ. vt dicit auctor
ſed ſubtilitas eſt cauſa nobilioris ⁊ fortioris opatõis. Et
ſic tales oculi erũt nigri ꝓpter p̃dictoꝝ paucitatẽ. ſed cla
riores ad videndũ. nobiliores ꝓpter ſenſuũ ſubtilitatem
⁊ nutrimẽti puritatẽ. ⁊ ſic ꝯcludit Alb. ꝙ beata ꝟgo fu-
it in colore cutis alba ⁊ rubea mixtim. In capillis aũt ⁊
oculis nigra tpata. ſicut ⁊ ei⁹ filiũ ſpecioſiſſimũ credim⁹
coloratũ. Quantũ ad pulcritudinẽ anime. capilli eius
ſunt cogitatões. qꝛ ſicut capilli a capite. ita cogitationes a
mẽte q̃ eſt caput anime fluunt. de quo põt intelligi illꝺ
Oẽs capilli capitis veſtri numerati ſũt i. cogitatões ꝺo
note. Et iſte cogitatiões fuerũt nigre plene humilitate.
Reſpexit ait humilitatẽ ancille ſue. Canti. j. ait ipa. Ni-
gra ſum. ſed formoſa. Vel ſi ſꝫ aliã opinionẽ fuerũt au
rei coloris ⁊ ſignificãt cogitatões plenas ſapiã. q̃ ſignãt̃
per aurũ. Luce. ij. Maria autẽ ſeruabat oĩa verba hec
cõferens in corde ſuo. ipa ꝺꝛ mater ↄgnitõis et ſapiẽtie
Oculi ſignificant intentionẽ ſm illud. Si ocul⁹ tu⁹ fue
rit ſimplex. i. intentio. totũ corp⁹ tuũ. i. op⁹ ſeq̃ns ab eo
lucidũ erit. i. virtuoſum. Color niger coꝝ eſt. qꝛ mortifi-
cata quo ad mundũ. ſed ſubtile erecta ad deũ. vt place-
ret deo in oĩbus nõ mũdo. Iuxta illud odilionis. Oĩs
marie actio ſemp intenta fuit dño. vel ſi ſm illũ q̃ ait lo-
quens de pulcritudine oculoꝝ. Radiant vtriꝙ gemelli
luce ſmaragdina vel ſideris inſtar ocelli. tũc claritas ocu
loꝝ deſignat intentionẽ ſupnoꝝ. qꝛ optimã ptem elegit
Hic ſatis congruit illud exemplũ de illo deuoto clerico.
q̃ audiens ⁊ dicens illã anti. Tota pulcra es. orauit vt ſe
mel poſſet videre eã. nõ curãs de amiſſione oculoruꝫ vt
plenius poſſit intueri cum apparuit ⁊c̃.

*De pulcritudie ſpũ ali. b. m.*

De miſſione filij dei ad Mariam. Caplm. xij.

**Miſſus eſt demum dei** filius ad mariã virginẽ vt ex ea carnẽ aſſume
ret. De qua miſſiõe ait pſ. cvi. oſtendẽs ei⁹ vti
litatem. Miſit ꝟbum ſuũ ⁊ ſanauit eos. ⁊ eripuit eos ꝺ
interitionib⁊ eoꝝ. Miſſus ꝺꝛ dei filius. nõ qꝛ celum vl
patrem reliq̃t. ſꝫ qꝛ carnẽ ſuſcepit nr̃am. in q̃ viſibil nob
apparuit. Et ex hac incarnatõe hoc maxim bonũ nobis
ſecutũ eſt. qꝛ ſanauit genus humanũ a cecitate. Vna eñ
cathena tenebraꝝ oẽs tenebant̃ ꝯpediti. ſ. cecitatis erro-
rum. quibus plenus erat mundus qꝺ ipe Jeſus chriſt⁹

*Quare miſſus eſt fili⁹ dei ⁊ quõ.*

figuratiẽ oſtẽdit. qñ ceco a natiuitate luto facto ex ſpu
to ⁊ puluere. ⁊ poſito ſup ei⁹ oculos dixit. Vade ad na-
tatoria ſiloe. qꝺ interp̃tat̃ miſſus. quo facto lot⁹ ĩ aqua
viſum recepit Johis. ix. Lutũ eñ ex ſputo ſignat my-
ſteriũ incarnatõnis. in q̃ filius dei ſapiã tanq̃ȝ ſaliua ex
ore patris pdiens. vnita cũ puluere noſtre mortalitatis
fuit. Ponit̃ ſup oculos nr̃os cũ credimus hoc. ⁊ loti aq̃
baptiſmi cum hac fide lumẽ gratie recepim⁹. Et credi-
derũt ait ipe dei filius incarnatõem. ſ. oẽs fideles. qꝛ tu
me miſiſti. i. incarnari inſtituiſti. Joh. xvij. Eripuit etiaꝫ
nos ꝺ interitõnib⁊. i. mortibus noſtris. ſ. de morte inferni.
de morte peccati. ⁊ de morte corpis. In vltima tamẽ
reſurrectõe. in cui⁹ figurã in mũdo ꝯuerſatus tres mor
tuos reſuſcitauit. Nõ eñ ait ipe Joh. iij. miſit deus fi-
lium ſuũ in mundũ vt iudicet. i. condẽnet mundũ. ſꝫ vt
ſaluet̃ per eũ ab his mortib⁊. Vbi. b. Aug⁹. ſup Johã.
Quantũ eſt in medico ſaluare venit egrotũ imo ⁊ mor
tuum ſuſcitare. Sed ipe ſcꝫ homo ſe interimit q̃ p̃cepta
medici ſuare nõ vult. Ergo ſi vis ad vitã ĩgredi Mat.
xix. tibi paratã ſerua mãdata. ſ. huius medici. O quãto
deſiderio iſtã miſſionẽ antiqui p̃res flagitabãt dicẽtes
per moyſen. Obſecro dñe mitte quẽ miſſurus es Exo.
iiij. Sed ecce iam miſſum ⁊ cũ tanta vtilitate de virgi
ne conceptum. ⁊ natũ ꝯuerſatũ. cultores vinee. i. fideles
nõ ſolũ ſemel vt iudei eiectũ occiderũt. ſed q̃tidie iteruꝫ
crucifigũt malis morib⁊ ſuis. Ita inq̃t apl's ad Heb. vi.
Rurſus crucifigentes in ſemetipis filiũ dei ⁊ oſtentuꝫ
habentes. Videamus ãt circa iſtã miſſionẽ tria.

Primo quare dei filius miſſus.
Secundo quare ad mariã miſſus.
Tertio quare ad virginem miſſus.

## Quantũ ad primũ. ſ. §. I.

quare potius miſſus. i. incarnatus ſit filius q̃ȝ p̃r l. ſſ.
qꝛ dicit pſ. cvi. Miſit verbũ ſuum. qui ſcꝫ eſt filius ſu
us. Et angel⁹ ad mariã. virtus altiſſimi obumbrabit
tibi. i. filius altiſſimi. q̃ eſt virtus ei⁹. Ad Heb. j. c. Por
tanſq̃ȝ oĩa. i. ſuſtentans deo verbo ꝟtutis ſue. i. filio qui
eſt virtus ſua. Et iterũ xp̃m dei virtutẽ ⁊ dei ſapientiã
Iſta ergo ꝟtus. i. dei fili⁹ obũbrabit tibi. i. corpus aſſu
met ex te in q̃ poſſit lux videri. Aſſignat aũt. b. tho. in
iij. ptc. q. iij. ar. viij. tres rões ꝯuenientie hui⁹. quare de-
cuit magis filiũ mitti. i. incarnari q̃ȝ patrẽ vl ſpiritũſſã
ctũ. Primo ex parte vnionis. Secũdo ex fine incarnati
onis. Tertio ex occaſione noſtre pditionis. Quantũ ad
primũ. ſ. ex parte vnionis ſatis ptꝫ. qꝛ ꝯuenienter ea q̃
ſunt ſimilia ſibi inuicẽ vniunt̃. Ouis cum oue. hõ cuꝫ
homine. bonus cũ bono. malus cũ malo in ꝯuerſatiõe
ſibi vniunt̃. Ipius aũt pſona filij q̃ eſt ꝟbum dei atti
dit̃ cõmunis ꝯuenientia ad totã creaturã. qꝛ ꝟbum ar
tificis. i. ꝯcept⁹ eius eſt ſilitudo exemplaris coꝝ q̃ fiunt
ab artifice. ita verbũ dei qꝺ eſt etern⁹ ꝯceptus eius eſt
ſilitudo exemplaris toti⁹ creature. ⁊ ideo ſicut p parti
cipatõem hui⁹ ſimilitudinis creature ſũt in ꝓprijs ſpe
ciebus inſtitute. ſed mobilr ita p vnionẽ verbi ad creatu
ram nõ pticipatiuã ſed pſonalem ꝯueniens fuit repa
rari creaturam in ordine ad eternam ⁊ immobilẽ perfe
ctionẽ. Nam ⁊ artifex per formã artis conceptam. q̃ ar
tificiatũ ꝯdidit ipſꝫ ſi collapſum fuerit. reſtaurat. Vñ
pſ. Oĩa in ſapiã feciſti. ⁊ Apl's. Deus erat in xp̃o mũ
dũ reconciliãs ſibi. Qꝺ aũt dixit Mat. xv. Non ſum
miſſus niſi ad oues q̃ pierũt dom⁹ iſrael. itelligit̃ q̃ ad
p̃dicãdũ ⁊ miracl'a faciẽdũ ipe ĩ pſona ſua. q̃ ad ſaluan
dũ ad oẽs miſſus ẽ. p ſuos diſcipl'os p̃dicatur⁹ p orbẽ.
Euntes ait ite ⁊ p̃dicate euãgeliũ oĩ creat̃e. i. oĩ generatõi
hoĩm ⁊ natõi. Remiſcere (ait leo papa) qꝛ erut⁹ ꝺ pte
te tenebraꝝ. tranſlat⁹ es ĩ dei lumẽ ⁊ regnũ. Preciũ tu

*Fili⁹ miſſus l'icarnat⁹ ſunt tres rões.*

ūm ſanguiſ chriſti eſt q̄ in veritate te iudicabit.i.condemnauit.q̄ in miſcōia te redemit.ſi vicȝ ingratus fueris tanto beneficio incarnatōis.te ſibi nō vniendo ꝛ incorpando ꝑ dilectōem. Scōo pōt accipi ratio hui⁹ ꝯuenientie ex fine incarnatōis.q̄ eſt impletio p̄deſtinationis coꝝ q̄.ſ.p̄ordinati ad hereditatē celeſtē q̄ nō obtētur niſi filijs. ſm illud ad Ro.viij. Si filij ꝛ heredes Et ideo congruū fuit vt per eū qui eſt fili⁹ natural' homines participarēt ſilitudinē hui⁹ filiatōis ſȝ adoptōnem.ſicut ap̄ls Roma.viij. Quos p̄ſciuit hos ꝛ p̄deſtinauit ꝯformes fieri imagini filij ſui. Cū etiā homo i ſapia ꝑficiat q̄ eſt ꝓpria eius ꝑfectio.put eſt rōnalis .q̄ ꝑticipat verbū dei a quo oīs ſapia hoīm driuat.ſicut diſcipulus inſtruit ꝑ h q̄ recipit v̄bum magiſtri. Unō Eccl'.j.d̄r fons ſapientie verbum dei in excelſis. Jdeo ad ꝯſūmatā ꝑfectōeȝ hominis ꝯueniēs fuit vt ipm v̄bum dei ꝑſonal'r humane nature vniret. vn̄ ſi regina auſtri ſeu ſaba venit a finib' terre audire ſapiam Salomonis puri hoīs.ꝛ plato mltas regiōeſ ꝑagrauit vt audiret ph̄os de natura reꝝ diſſerētes. q̄to magis fideles debent ꝯcurrere cū omni auiditate audire ſapiam incarnatā in euāgelijs q̄tidie reſonantē ꝛ illā ſeruare. Nā beati q̄ audiūt verbū dei ꝛ cuſtodiūt illud Lu.xi. ait ipe. Tertio pōt accipi ratio hui⁹ ꝯgruentie ex occaſione ruine noſtre.in pc̄ō p̄mi parentis.cui ꝑ incarnatōem remediū adhibet. Peccauit eñ prim⁹ homo appetēdo ſciam.vtȝ ex verbis ſerpentis antiq̄ ꝓmittētis ſciam boni ꝛ mali.vn̄ ꝯueniens fuit vt ꝑ v̄bum vere ſapie homo reduceret in deum.q̄ per inordinatū appetitū ſcie receſſit a deo. Hanc rōeȝ tangit.b. Bern̄.in ſermone inducens figurā ione. Nā cum orta tempeſtate ſup eum.ꝛ ſedari nō poſſet.ait ipe ionas. Si ꝓpt̄ me tempeſtas hec venit tollite me ꝛ mittite i mare quo facto tempeſtas ceſſauit.iona īterp̄tat filiuſ columbe ꝛ ſignificat filiū virginis.q̄ columba d̄r ꝓpter puritatem. Cū igit̄ eſſet orta tempeſtas in mari mūdi.ſeu humani generis mltoꝝ maloꝝ.q̄ minabant ꝛ tradebant ad ſubmerſionē inferni. Jonas.i.dei filius ꝛ virginis cui attribuit ſapia ait per effectū ad patrem ꝛ ſp̄mſanctū Ex quo propter ſapiam īordinate appetitā ꝓceſſit hec miſeria ꝛ afflictio in humano gener̄.tollite me ꝛ dimittite in mare.i.opamini mecū vt in mundū intrās carnē aſſumā.quo facto.i.incarnato ceſſauit virtual'r perditio hūana.vn̄ ꝛ ipe ait ꝑ Eſayā.me miſit dn̄s.i.pr̄ ꝛ ſp̄us eius ſanctus. Sed cauendū eſt ne adhuc iſte inordinatus appetit⁹ ſapiētie tempeſtatē ꝛ ꝑditionē inducat alicui qui.ſ.nimis curioſe q̄rit ſcire miſteriū iſtud humana rōne.cū tn̄ excedat oēm rōem.ꝓpter q̄ð iohānes bapti.ꝓteſtatus eſt ſe h̄ neſcire.vel nō poſſe cū ait Non ſum dignus ſoluere corrigiā calciamēti ei⁹.id eſt explicare vel intelligere modū illius incarnatōis. Calciamentū eñ q̄ð fit de pellib' animal' mortui. deſignat aſſumptā noſtrā mortalitatē.pes q̄ corpus ſuſtentat ꝛ diſcurrit vbiq; eſt diuinitas oīa ſuſtentans ꝛ ꝑ oīa diſcurrens. Ad Heb.i. Portans oīa verbo virtutis ſue Quō aūt ſit coniuncta ꝛ vnita diuinitas hūanitati.n̄ pōt a nobis intelligi.ſed credi. Corrigia igit̄ eſt ligatura miſterij incarnatōis.quā nullus pōt ſoluere.i.declarare. Sed credere debet .ad Romanos.xij. Non plus ſapere q̄ oportet.ſed ſapere ad ſobrietatem.

## Secundū ſcilicet qua. §. II.

re miſſus eſt ad mariā que mlier.id eſt femina erat.ad Gal.iiij. Miſit deus filiū ſuū factū ex muliere.i.ex femina. Nō eñ dicit mulier niſi ſexū femineū.nō aūt corruptionē. Sȝ cū ſexus virilis ſit nobilior ſexu femineo videt̄ q̄ potius de ſexu maſculino debuerit incarnari Sicut et mlier p̄ma de viro facta ē. Et cū ipe dicat celuȝ et terrā ego impleo quō in vtero vni⁹ feīe clauſus eſt. Sȝ vt dic.b.aug.ad voluſianū. Hoīm iſte ſenſus ē nō aliud niſi corpalia cogitare valentiū q̄ruȝ nullū pt̄ eſſe vbiq; totū q̄m per innumerabiles ꝑtes alia alibi q̄ alibi tota neceſſe ē. Sȝ lōge aliud natura aīe ē q̄ corꝑis. q̄to magis natura dei q̄ creator aīe ē ꝛ corꝑis nouit vbiq; totus eſſe.ꝛ nullo ꝯtineri loco. Nouit venire nō recedēdo vbi erat. Nouit abire nō deſerēdo q̄ venerat. Et licet dei fili⁹ carnē humanā aſſumere potuerit de q̄cūq; materia voluiſſet.ꝯuenientiſſimū tn̄ fuit vt de feīa carnē acciperet triplici rōe.ſȝ tho.in.iij. ꝑte.q.xxxi.ar.iiij

Primo ꝓpter toti⁹ nature humane nobilitatē.

Scōo ꝓpter v̄itatis incarnatōis ꝯfirmatōem.

Tertio ꝓpter oīs varietatis generatōis ꝯpletioneȝ.

Quantū ad primū ꝯuenientiſſimū fuit vt de feīa carnē dei filius acciperet.q̄ꝛ ꝑ h̄ tota natura humana nobilitata eſt. Un̄.b.aug.in li.lxxxiij.q.ait. Hoīs liberatio i vtroq; ſexu debuit apparere. Et quia ſexus maſculin⁹ eſt nobilior ſeu honorabilior.oportebat eū.ſcȝ dei filiuȝ ſuſcipere virū. Sed vt feminei ſexus liberatio appareret in hoc miſterio incarnatōis.iō ille de feīa ꝯceptus et natus eſt.q̄ð etiā longe ante p̄dixerat Hiere.xxxi.ca. dicens. Nouū faciet dn̄s ſuper terrā.femīa circūdabit virū. Femina beatiſſima maria.circūdabit.i.in vtero concipiet ꝛ habebit.nō a viro ſed a ſp̄ūſancto viruȝ.i. ieſum xp̄m maſculum omni gratia ꝛ ſapientia ꝑfectū. Et ſicut femina fuit prima cauſa ꝑditōis humane.ſcilȝ eua prima tranſgrediendo dei p̄ceptū. ſic beatiſſima femina maria eſſet prima cauſa reparatōis noſtre generādo filiū ſm adam per quē omnes mortui a primo viuificant̄. Scōo per hoc veritas incarnatōis aſtruit̄. vn̄ btūs Amb.in li.de incarnatōe ait. Multa ſm naturaȝ in hoc miſterio.ꝛ multa vltra naturam. Scōm eñ conditionem nature in vtero feminei corꝑis fuit.ſȝ ſupra conditionem virgo cōcepit. virgo generauit vt crederes quia deus erat quia innouabat naturam.homo erat q̄ ſm naturam naſcebatur ex homine.id eſt ex femīa. Unde beatus Augu.dicit ad Uoluſianū. Si omnipotēs deus hominem vbicunq; formatū.nō ex materno vtero cauſaret.ſcȝ repentinū inferret aſpectibus.nōne opinionē confirmaret erroris ne ſuſcepiſſe verum hominē crederet̄ vllo modo ꝛ dū oīa mirabiliter facit auferret q̄ð miſericorditer fecit.nunc vero iter deū ꝛ hominē ita mediator apparuit.vt in vnitate ꝑſone copulās vtrāq; naturā ꝛ ſolita ſublimaret inſolitis.ꝛ ſolita ſolitis temperaret. Tertio q̄ꝛ ꝑ hunc modū complet̄ oīs diuerſitas generationis humane. Quatuor eñ modi ſm anſel.inueniunt̄ generatōis ſeu ꝓductiōis humane. Prim⁹ eſt ſine muliere ꝛ viro.vt adam factus ex limo terre. Scōs eſt ſine femina ꝛ maſculo.vt eua facta ex coſta pectoris ade ſoporati. Tertius mod⁹ eſt cōmunis oib' alijs naturaliter genitis.ſ.ex viro ꝛ muliere carnal'r copulatis. vn̄ dicunt̄ filij hoīm.ps̄. Filij hoīm ſcitote ꝛc̄.i. geniti ex muliere ꝛ viro. Reſtabat quartus mod⁹ generatōis ſcȝ ex muliere ſine viro. Et hoc eſt xp̄i geniti ex Maria ſine viro.ſed ope ſp̄ūſſancti. Et ꝑ iſtū ſic geītū reuitimur in terrā noſtram ꝓmiſſionis fluentē lac ꝛ mel.i.in vitā beatam. Jn cui⁹ figuram dictū fuit abrae cui promiſſa fuerat terra illa ꝛ generi ſuo. Generatōe aūt q̄rta reuitent̄ huc.i ꝑ iſtū q̄rtū modū generādi reuītunt̄ iſraheliте ad patriā ſupnā . Geñ.xv. Nō dȝ ḡ ꝯtemni ſex⁹ femineus.ꝛ ſi infirmior.q̄ꝛ ꝛ ſi xp̄s vir de feīa tamen naſcit̄. Un̄.b.aug in li.de agone xp̄iano ait. Nolite cōtemnere vos viri q̄ꝛ filius dei virū ſuſcepit. Nolite vos ꝯtēnere mulieres.q̄ꝛ et xp̄s natus eſt ex femina. Cōtēnūt ſeipos viri cū effeminati ſunt delitijs et ꝯcupiſcētijs iſiſtēdo

Nota.

Triplici rōe carnē ō fcīa aſſumere voluit.

Quatuor mōi gn̄atōis hūane.

nil virile agentes. Cōtemnūt ſe femine quādo liniūt fa-
cies ſuas ceruſa ⁊ purpuriſſo ɔtēnēdo ꝙ ꝺs tales fece-
rit. ⁊ cū vtūtˀ ornamētis viroꝝ. Et ſic pȝ q̄r ad fēiaȝ miſſ⁹.

## Tertio declarandū .§.III.

quare ad virginē miſſus eſt dei filius. q̄ꝛ ad .m. ꝟginē
dicit euangeliſta. vt inq̄t. b. Bern̄. Uirginē mente. virgi
nem corpe. virginē talē qualē deſcribit apl's. Uirgo co-
gitat q̄ domini ſunt. vt ſit ſancta mente ⁊ corpe q̄mo-
do placeat deo. Ubi notandū ꝙ q̄libet ꝟtus principal'r
ɔſiſtit in mente ⁊ volūtate. Un̄ cum viginitas ſit ꝟtus
ſeu excellentia ꝟtutis caſtitatis. ⁊ ip̄a p̄ncipal'r conſiſtit
in mēte. q̄ igitˀ vel que eſt virgo corpe. imunis. ſ. ab actu
venereo. ſȝ tamē mente corrupt⁹ hn̄s. ſ. cogitatōem ⁊ de
ſideriū deliberatū ad ꝑpetrandū actū carnalē quōcunq̄ȝ
q̄uis nō exequatˀ opus tale. tn̄ nō eſt virgo mēte. ſed ſi-
milis diabolo q̄ cū virginitate habet infernū. Un̄ bea-
tus Hierony. ad cuſtochiū. Timeam⁹ ⁊ illā ꝓphetiā. ne ī
vobis impleatˀ. ⁊ virgines bone deficient. Obſerua q̄d
dicant ⁊ virgines bone. q̄ꝛ ideo dicat. q̄ꝛ ſunt ⁊ virgines
male. Qui viderit inquit mulierē ad ɔcupiſcendā cam
iam mechatus eſt eā in corde ſuo. Periit q̄ ⁊ mente vir-
ginitas. Iſte ſunt virgines male. virgines carne nō ſpū
virgines ſtulte q̄ oleum nō habentes excludūtˀ a ſpon
ſo. xxxii. q. v. Si paulus. Qui aūt vir vel mulier eſt cor
pore virgo. nō tn̄ habens ꝓpoſitū eā virginitatē ſeruan
di. ſed tempore ſuo ad ſtatū ɔiugalē ꝑuenire licito mō ⁊
actū ɔiugalē exercere. Talis ⁊ ſi virgo ſit corpe. nō tamē
habet virginitatis virtutem. ⁊ excellentiam ⁊ aureolam
que reſeruatˀ habentib' firmū hmōi ꝓpoſitū. Recupera
ri tamē poteſt talis virginitas q̄ ſolū mente amiſſa ē ꝑ
penitentiā ⁊ ꝓpoſitum eius. Sed que corpore amittitur
voluntarie nunq̄ȝ recuperari poteſt. Un̄. b. Hierony. in
dicto. c. Si paulus. Audacter dicam. q̄ꝛ cum cetera poſ
ſit deus. h̄ nō poſſit virginem ſuſcitare poſt ruinā. Ua
let liberare de pena. ſ. pc̄ti per penitentiā. Sed nō valet
coronare corruptā. i. nō ɔgruit ſm glo. vel non ɔſueuit
ſm Hug. cardinalē. Erat igitˀ beatiſſima maria ad quā
miſſus eſt dei filius ⁊ de ea incarnat⁹ virgo corpe in ip̄o
conceptu. virgo mente. virgo ⁊ voto. Nā vt dic̄. b. Tho.
in. iii. pte. q. xxviii. ar. iiii. Cum opera ꝑfectionis magis
ſunt laudabilia ſi ex voto celebrantˀ. ⁊ ꝟginitas in ma-
tre dei p̄apue debuit pollere. ideo ɔueniens fuit. vt ꝟgi
nitas ei⁹ ex voto eſſet deo conſecrata. Uerꝫ q̄ꝛ tpe legis
oportebat generatōi inſiſtere tā viros q̄ȝ mulieres. quia
ſm carnis originē cultus dei ꝓpagabatˀ. anteq̄ȝ ex illo
pplo xp̄s naſceretˀ. ideo matˀ dei nō credatˀ anq̄ȝ deſpōſa
retˀ ioſeph abſolute vouiſſe virginitatē. licet eā in ꝺſide
rio habuerit ſup hoc tamē voluntatē ſuam diuino com
miſit arbitrio. Poſtea vero accepto ſponſo ioſeph ſm
morem illius temporis. ſimul cum eo votum virginita
tis emiſit. Uouit ergo prius ſub conditōe ⁊ nō abſolu
te. ſ. ſi deo placeret. Poſtq̄ȝ autē hoc innotuit deo reuelā
te ei eſſe acceptū. tunc abſolute vouit ⁊ anteq̄ȝ ab angelo
annunciaretˀ. Miſſus eſt ergo dei filius ad virginēȝ vt
ex virgine conciperetˀ chriſtus. ſm illud Eſa. vii. Ecce ꝟ-
go concipiet et pariet filiū. ſ. permanēs virgo. ⁊ vocabitˀ
nomē eius emanuel. q̄ꝺ interp̄tatˀ nobiſcum deus. i. de-
us humanatus. Contrariū ſentire ⁊ dicere eſt hereticū.
ſcȝ ꝙ eſſet conceptus ex viro ⁊ muliere maria. Hoc autē
conueniens fuit. ſ. xp̄m concipi ex virgine propter qua-
tuor rōnes ſm. b. Tho. in. iii. pte. q. xxviii.

Primo ex patris dignitate.

Secundo ex filii ꝓprietate.

Tertio ex aſſumpta humanitate.

Quarto ex incarnationis finalitate.

Quantū ad primū fuit ɔueniens xp̄m ex virgine con-
cipi propter patris mittentis dignitatem conſeruandā
Cum eīn chriſtus ſit verus ⁊ naturalis filius dei patris
non fuit conueniens vt alium patrem haberet q̄ȝ deum
ne dei dignitas transferretˀ in alium. Nam ſi conceptus
fuiſſet ex maria et ioſeph. vt blaſphemāt pfidi iudei.
vel ex alio. ille etiam ex quo conceptus fuiſſet eſſȝ pater
eius. Et ſic homo diceretˀ pater filii dei. ſicut ⁊ deus patˀ
quod nō videtˀ decens. Secundo fuit hoc conueniēs
ſcilicet de virgine concipi. quia cōuenit proprietati ip̄i⁹
filii qui eſt verbum dei. verbū autē abſq̄ȝ omni corru-
ptione cordis concipitˀ. quinimo cordis corruptio perfe
cti verbi corruptionē non patitur. Ps. xliiii. Eructauit
cor meū verbum bonū. Quia igitˀ caro ſic fuit aſſūpta
a verbo dei. vt eſſet caro verbi dei conueniēs fuit ꝙ etiā
ip̄a caro ſine corruptione matris conciperetˀ. Et ſic ver-
bum caro factum eſt de virgine maria. ait beat⁹ Bern̄.
Tertio fuit ɔueniens dignitati humanitatis xp̄i. in
qua locum peccatum habere nō debuit. per quā pecca-
tum mundi tollebatˀ. ſm illud Iohis. i. Ecce agnus dei
ſcȝ innocens qui tollit peccatū mundi. non potuit autē
eſſe. ꝙ in natura iam corupta ex cubitu maris ⁊ femine
naſceretˀ quis ſine infectione originalis peccati. Unꝺ. b.
Auguſti. dicit. Solus ibi nuptialis concubitus nō fuit
ſcȝ in matrimonio marie ⁊ ioſeph qui in carne peccatˀ
fieri nō potuit ſine vlla coucupiſcentia carnis que acci-
dit ex peccato. ſine qua eſſe voluit. quia futurus erat ſi-
ne peccato. Quarto propter finem incarnationis qui
finis ad hoc fuit vt homīes renaſcerentˀ in filios dei. nō
ex voluntate carnis neq̄ȝ ex voluntate viri. ſed ex ꝺo na
ti ſunt. id eſt dei virtute. Cuius rei exemplū apparere ꝺ
buit in ip̄a conceptione chriſti. Unde beatus Auguſti.
de ſancta virginitate oportebat caput noſtrum inſigni
miraculo ſm corpus naſci ꝺ virgine. vt ſignaret ſua mē
bra naſci de eccleſia virgine ſm ſpiritum naſcitura. Ao-
poſtolus. Deſpondi vos. ſcilȝ fideles vni viro. virginem
caſtam exhibere chriſto. ſcilȝ eccleſiam integram fide et a
peccato incorruptā. Nō obſtat ꝙ Ioſeph aliquādo di
citur pater chriſti. vt Luce. ii. ca. quia dictus eſt pater. i.
nutricius. vel ſm opinionem vulgi.

De angelica ſalutatione. ſ. aue. Caplm̄. xiii.

## DE ſalutatōne facta vir-

gini marie cum dei filium concepit. Aue dixit
angelus. Mos antiq̄ſſimus eſt cū quis ami-
co occurrit vel litteram aut ambaſiatam mittit in prin-
cipio ſmonis ſalutatˀ eū. Hic eſt ꝙ glorioſus de⁹ mittēs
nuncium ſuum gabrielem ad annunciandum mirabi-
le ſacramentum incarnationis fiende in virgine amiciſ-
ſima ip̄i deo. ſalutat eam ex perſona ip̄ius dei dicēs. aue
Equidem diuerſus modus ſalutationis vſitatˀ et repe-
ritur in ſcripturis. videlicet. Per aue. per ſalue. per gau-
de. Nam dominus ieſus reſuſcitatus occurrens mulie
rib' venientib' a monumēto. ⁊ euntib' diſcipulis nun-
ciare eius reſurrectionem. ſalutauit eas. Dicens. Auete.
ius figurā dixit dn̄s Gen. ij. Non eſt bonū hominem
eſſe ſolū. Faciamus ei adiutoriū ſimile ſibi. Et formauit
euam que dicta eſt mater omniū viuentiū. Sed magis
ꝓprie potuiſſet dici mater mortuoꝝ. quia filios ſuos ipa
occidit. Sed beatiſſima maria vere mater eſt ſpūaliter
viuentiū. Et ſic beata maria cōmunicauit dn̄o in om̄i
eo quod ɔtingit aliquid alicui cōmunicare. Et ideo in
om̄i modo Dn̄s tecū. Dn̄s omniū p̱ creationē generali-
ter. Dn̄s hominū p̱ recreationē ſpecialiter. Dn̄s tu9 per
immediatā ſuperpoſitionē chriſti hoīs per vnionē. Te-
cum erat dn̄s per eſſentiā. preſentiā. potentiā. per inha-
bitantē gratiā ꝛ corporalē preſentiā.

## Dominus tecū. Do- §.II

minus pater inquit Athanaſius in ſymbolo. dn̄s fili9
dn̄s ſpūſſanctus. Et tamē nō tres dn̄i ſed vnus ē dn̄s.
Tota eni trinitas ſcȝ pater ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctus opata
eſt miſteriū incarnatōnis ſcȝ formando illud corpus ex
ꝟgīe. animā xp̄i ſubiecto creando ex nihilo. ꝛ vnionē illā
humanitatis ſue cum deitate efficiendo. ꝛ gratiā ꝛ ſapi-
entiā quaſi infinitā ei infundendo. Inſepabilia eni ſunt
opa trinitatis. de ɔſe. di. iij. Om̄es ſcȝ ab extra licet ſol9
filius nō pater nō ſpūſſanctus vnitus ſit noſtre huma-
nitati in vna pſona. Et ponit Anſ. exemplū de vna
veſte quā fecerūt in ſcindendo. ſuendo. tres perſone. ꝛ tn̄
vna ſola ex illis illa veſte ſe induit. In cui9 figuram legi-
tur Jone. iij. q̄ rex niniue deſcēdit de ſolio ꝛ indutus eſt
ſacco ad p̄dicandū iram dei ɔtra niniuen. i. mundū ſub-
uertendū ꝓpter ſcelera ſua. Sic dei filius rex regū deſcē-
dit de celeſti ſolio ꝛ indutus ſacco noſtre mortalitatis. ī
quo erat theſaurus ſanguinis eius. cuius p̄cio mūdus
periturus. recōciliatus eſt deo. Hinc ꝛ bēa. Bern. ſuper
Miſſus eſt. Pater inquit tecū qui filiū ſuū facit ꝛ tuū.
Filius tecum. qui ad condendum in te mirabile ſacramē-
tum. miro mō ꝛ ſibi fecerat ſacrariū. ꝛ tibi ſeruat genita-
le ſignaculū. Spūſſanctus tecū. qui cū patre ꝛ filio tuū
ſanctificat vterū. Et quia patri attribuit̄ potentia. filio
ſapientia. ſpūiſancto bonitas ꝛ beniuolentia. Ideo p̄mo
Dn̄s pater tecū. exercens ſummā potentiā. Dn̄s fili9 te-
cum. oſtendēs eximiā ſapientiā. Dn̄s ſpūſſanctus tecū.
exhibens nimiā beniuolentiā. Quantū ad p̄mū quia
patri attribuit̄ potentia. ꝛ hoc opus incarnationis fuit
ſumme om̄ipotentie. Ideo dico patrē exercuiſſe ſummā
potentiā. Fecit inquit ipa beatiſſima maria mihi mag-
qui potens eſt. Coniūcta quippe ſunt in hoc ope tria ma-
xime diſtantia. ſcȝ deus ꝛ limus. vt ait be. Bern. i. hō q̄
de limo ſm corpus factus eſt. Mater ꝛ virgo. que com-
muniter ſunt ɔtraria ſimul poſita. Pariens quidē filium
ꝛ virginitatis nō patieris detrimentū. cantat̄ de beatiſ-
ſima maria. Fides eſt cor humanū. Cor humanū cōmu-
niter nō aſſentit. i. intellectus. niſi his que rōne ꝓbantur
Sed ſupra omnē rationē hoc eſt. q̄ deus fact9 ē homo.
ex ꝟgine natus. Et tamē totus mundus hoc miſterium
credidit ꝛ cōfeſſus eſt. Et vt dicit be. Aug. In his q̄ ſup̱
naturaliter ꝛ miraculoſe fiunt tota ratio facti eſt poten-
tia facientis. Nam ratio deficit. mens nō capit humana
tantū miſteriū. Unde ſapiētiſſimus ſalomon Prouerb.
penult. ſic ait. Tria ſunt mihi difficilia ad cognoſcenduȝ.
ꝛ quartū penit9 ignoro. ſcȝ viā aquile in celo. viā nauis ī
medio maris. viā colubri ſup̱ terrā. ꝛ viā viri in adoleſcē-
tia ſua. ſm hebreos. vt dicit Nico. de lyra. Ubi nota
quatuor miſteria magne potentie ꝛ difficilia ad intelli-
gendū. Uia aquile in celo eſt aſcenſio xp̄i in celo. q̄ ſua
ꝟtute aſcendit. Uia nauis in mari. fuit opatio xp̄i ī paſ-
ſione. in qua ſūme dolebat ſm ſenſitiuā. ꝛ ſūme gaude-
bat ſm intellectiuā. Uia colubri ſup terram fuit reſurre-
ctio ei9 de ſepulchro. Ipe eni aſſimilauit ſe ſerpēti dicēs
Joh. iij. Sicut moyſes exaltauit ſerpentē in deſerto ꝛc.
Quartū aūt qd̄ dicit ſe penit9 ignorare eſt via viri. id ē
quō xp̄s pfectus. ꝛ iō vir om̄i ꝟtute fuit in adoleſcentu-
la. i. in ꝟgine maria. Dn̄s filius tecū. oſtendēs ſuā ſapi-
entiā in hoc miſterio. Ps̄. Oīa in ſapia feciſti. Cū enim
ipa ſit ſapia patris. i. Cor. ij. Chriſtū dei ꝟtutē ꝛ dei ſa-
pientiā nō niſi ſapiētiſſime opus ꝓpriū ſue pſone agere.
Et q2 ſapiētis eſt ordinare ſm phm. ordinē ſūmū ſerua-
uit in iſta ſua incarnatione ex ꝟgine. Uenit eni vt medi-
cus ad curandū infirmitatē noſtrā. Tolle morbos. tolle
vulnera. nulla cauſa veniēdi medico ait Aug. Sic eniȝ
xp̄s ait. Nō eſt opus valentib9 medico. ſed male haben-
tib9. Sapiētis aūt medici eſt dare medicinā tēpe q̄ ꝓſit
infirmo. Uñ nō imediate poſt īfirmitatē ɔtractā p̱ pec-
catū incarnatōnis medicinā exhibuit. q2 minus fuiſſet
vtilis. Putaſſet ei hō q̄ infirmitas ſua leuis fuiſſet. ꝛ iō

Tota trinitas fuit cum M.

De q̄tuor miſterijs ad intelligendum difficilib9

cito curata.vnde ⁊ minus gratus deo fuiſſet tanti bene
ficij.⁊ ex ipa tam celeri ſanatōne recidiuum paſſus eſſet
No eni tempe legis naturalis vel etiā legis moſayce ve-
nit vt ꝯuinceret ſupbꝫ homo qui multū eſt ꝓnus attri-
buere bona ꝟtuti ſue nō dei. Primo de ignorātia.et poſt
ea etiā de impotētia. Nam tpe legis nature in tantā ceci
tatem lapſus ē homo.vt elemēta ⁊ creaturas adorarent
ꝓ deo omībꝫ pene ydolatrie deditꝭ.excepta familia abra
he.⁊ de peccatis nephandis ſodomie nō facerēt ſibi con
ſcientiā.vt patet in ſodomitis Geñ.xix. Tāte ignoran-
tie ꝓuidēs deus legē populo ſuo valde multiplicato ꝑ
moyſen dedit.vt de veri dei cultu inſtrueret.⁊ de pecca-
tis vitādis. Sed qꝛ lex illa adiutoriū nō ꝓſtabat ad im
plendū qđ videbat.ſed tm̄ docebat agēda. Ideo nullus
plene eam ſeruare poterat ex ꝟtute ſua ꝓpter qđ ꝯuictuſ
homo de ſua ignorātia ⁊ debilitate.coact⁹ ē clamare et
poſtulare aduentū medici q̄ talem medicinā inſtitueret
ſeu cōponeret.que adiuuaret implere qđ preciperet. Et
hec ſunt ſacramēta habētia virtutē ex paſſione chriſti q̄
medicine dicunꝰ ꝯtentiue gratie.he. Aug.ſup Johānē.
Quantū ē in medico ſanare venit egrotū.i. hominē quē
libet ipe ſe interimit.qui ꝑcepta medici ſeruare nō vult.
Non aūt differre voluit iſtū aduentū ſuū vſqꝫ in finem.
ne homo diu expectās ⁊ poſtulans remediū ꝯtra ſuam
infirmitatē.demū deſperaſſet de ſua ſalute. Et qꝛ pauci
ꝓfeciſſet ſcꝫ tm̄ illis qui in fine fuiſſent repti. Hec diffuſe
be.tho.in.iij.parte.q.i. Ad ſapientiā etiā medici ꝑtinet
nō ſolū tps ꝯgruū ſeruare ſed ⁊ modū.i.ꝑ ꝯuenientiam
remedia. Cōtraria eni ꝯtrarijs curanꝰ. Infirmitates ex
frigiditate ꝓuenietes ꝑ calida. Infirmitas it. homie cō
tracta erat ex tumore ſupbie. Et ideo ſapientia dei patriſ
curare eā voluit ꝑ humilia ꝯtraria ſupbie. vñ apl's ad
Phil. Cum in forma dei eſſet.i.verus deus.ſemetipum
exinaniuit ſcꝫ formā ſerui accipiēs.humiliauit ſemetip
ſum factus obediēs vſqꝫ ad mortē.mortē aūt crucis. Et
iſtā humiliationē inchoauit in vtero matris.quia in pri
ma ſui ſubita formatōne inuent⁹ ē minor omībꝫ paruu
lis. Be. Aug. Erubeſcat hō fieri ſupbꝫ. poſtq̄ꝫ humilia
tus ē dñs Telem ⁊ matrē elegit be.mariā quā ex omni
bus humillimā cognouit. Et ei⁹ humilitas traxit euꝫ de
celo.vt ait be. Bern. Immo ipa dicēs. Reſpexit humili
tatē ancille ſue. Et hoc ē quod dicꝰ Cantic.i. Cum eſſet
rex dñs omnium in accubitu ſuo.i.in requie ſua. quaſi
dormire videreꝰ.⁊ nō curare de ſalute humana. Omēs
eni ad inferos deſcēdebant.nardus mea dedit odorem
ſuū. Nardus ē herba parua ſed multū medicinalis. Et
ſignificat beatā ꝟginē humilē que ꝑmaxime dedit odo
rem ſue humilitatis quādo totālſe deo cōmittens ⁊ ſub
ijciens ait. Ecce ancilla dñi ⁊c. Qui odor vſqꝫ ad celum
aſcendit.⁊ in celo accumbentē quaſi euigilare fecit et in
vtero ſuo quieſcere. Et ſic dñs tecū ſcꝫ erit in te quieſcēs.
Spūſſanctus tecū. beniuolentiā ſummā exhibēs ſpūſ
ſanctus ſupueniet in te. Lu.i.excitans dilectionē tuam
in maiorē feruorē. Neceſſe eni erat ait be. Bern.nō modi
co amoris incēdio ꝓueniri.que mox conceptura erat dei
filiū. Hec ille. Et ex hoc etiā mūdo oſtendeꝰ dei amorꝫ be
niuolentia. Sic eni deus dilexit mundū vt filiū ſuū vni
genitū daret. Johā.iij. Ut eſſet etiā vnigenitus matris
marie. Be. Aug. Que maior cauſa veniendi deo niſi vt
oſtenderet nobis dilectionē ſuā.vt ſi amare pigebat.rea
mare nō pigeat. Vñ ⁊ ipe dicebat ꝑ Hiere.xxxi. In cha
ritate ꝑpetua dilexi te.ꝓpterea attraxi te miſerans .i. tra
xi te ad me ſuſcipiēs mortalitatē tuā. Amor autē ⁊ beni
uolentia attribuiꝰ ſpūſſancto ꝓpter qđ dicit be. Grego.
Ipe ſpūſſanctus amor ē. Et hec ē rō quare dꝛ xp̄s conce
ptus de ſpūſancto. Qđ eni in ea natū eſt.i.ꝯceptum.de
ſpūſancto ē.ait angel⁹ ioſeph.de ſponſa ſua btā maria.

Math.i. Nō quia de maria ſpūſſancti ſeu ſubſtantia
eius facta ſit illa humanitas xp̄i.ſeu ꝙ ſpūſſanctus ſo-
lus opatus ſit incarnatiōem illā. Sed vt dicit magiſter
ſenten.in.iij.qꝛ mere ex amore ⁊ liberalitate dei factum
eſt vt deus vniret homini.non ex meritis nr̄is.⁊ amor
dicit ſpūſſanctus. Et hoc eſt qđ ait apl's ad Titum.iij.
Apparuit benignitas ⁊ humanitas ſaluatoris noſtri di
nō ex opibꝫ iuſticie que fecim⁹ nos.ſed ſm̄ ſuā miſcdiaꝫ
ſaluos nos fecit. Unde ⁊ ſol materialis ꝑ zodiacum di-
ſcurrens ex ſigno leonis.quādo ē feruētiſſim⁹ calore e⁹
ſup terrā.intrat in ſignū ꝟginis.ad innuendū ꝙ ſol iu-
ſticie deus noſter ex tempe veteris teſtamēti.qñ de⁹ vt
leo rugiens erat deus vltionū puniens terribiliter pec-
catores.vt patet ꝑ exempla in ſcripturis. Ex feruentiſſi
mo amoris calore intrans in vteꝝ virginis.totus fact⁹
eſt benignus ⁊ ſuauis ⁊ humanus. Unde ⁊ fruct⁹ tunc
matureſcunt ⁊ ſuaues fiunt. Concludiꝰ ergo Dñs tecū
pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus Amen.

Dominus deus fuit cum maria ad corpus xp̄i for-
mandū ⁊ ad prolē exaltandū ⁊ ad ipam magnificandū,

Capitulum.xxij.

**Dominus tecū. domi**nus nomē eſt poteſtatis ait be. Ambro. Et q̄a
dñs facturus erat in ea ꝑtinentia ad maximā ꝑtātem.
Ideo ait. Dñs tecū.ſcꝫ erit. Magna potentia dei ſolius
⁊ ab hominibꝫ honoraꝰ. Et Job.v.dicꝰ. Facit ſcꝫ de⁹ ma
gna ⁊ inſcrutabilia ⁊ mirabilia abſqꝫ numero. Magnū
fuit creare celū ⁊ terrā ex nihilo. Magnū in diluuio ſal-
uare in archa homies.⁊ de omī genere animalia. Ma
gnum liberare populū de egypto tātꝭ mirabilibꝫ. Ma
gnum ꝯducere populū illū in tanto numero ꝑ deſertuꝫ
xl.annis de celo manna preſtito. Magnū omēs gentes
cum regibꝫ ſuis de terra ꝓmiſſionis ꝑ ioſue extermina
re. Et omiſſis alijs innumeris veteris teſtamenti exem
plis. Magnū fuit xp̄m cecos illuminare.demones effu
gare.infirmos ſanare.mortuos ſuſcitarꝰ. Sed omīa iſta
magnalia excedit miſteriū incarnationis ⁊ infinite po
tentie.quod angelus nunciat dicens. Dñs tecū erit.
Et hoc tripliciter.

Dominus tecum ad incarnandum.
Dominus tecum ad prolem de te exaltandum.
Dominus tecum ad te magnificandum.

## Dominus tecū erit .§.I

cito ad carnē de te ſumendū. Ecce eni cōcipies ⁊ paries
filiū qui vocabiꝰ altiſſimi filius. Lu.i. Qđ immediate
fuit impletū cū virgo reſpōdit. Ecce ancilla dñi fiat mi
hi ſm̄ verbū tuū. Tunc verbū caro factū eſt.i.homo de
ꝟgine maria. Et vt dicit Leo papa in ſermone. Qđ di
xit Eſa.ca.xliij. Generationē eius quis enarrabit. nō ſo
lum de generatiōe eterna ex patre hoc intelligiꝰ.ſed etiā
ex matre tempali generatōne ⁊ ꝑmaxime quō vnitum
ſit verbū hoī.qꝛ nullus viator cape pōt. Sed aliqua di
cemus ſolū quo ad cōceptū illius corpis Jeſu ex ꝟgine
que tamē nō ſunt ꝑdicanda quo ad aliqua ꝓpter carna
lem populū.qui pure neſcit iſta ꝯſiderare. Damaſce.ſic
ait. Ex patris beneplacito ⁊ cooꝑatione ſpūſſancti.tribu
it creatori creari.⁊ plaſmatori plaſmari.⁊ filio dei ⁊ deo
incarnari ⁊ humanari ex caſtiſſ ⁊ nō coinquinatis eius
carnibꝫ ⁊ ſanguinibꝫ. Pro hoꝝ declaratiōe dicit Alb.
vbi.ſ.ſm̄ phiam naturalē ad ꝯſeruatōem indiuidui.⁊
ſaluatōem ſpeciei.ponunꝰ quatuor digeſtiōes. Prima
fit in ore qđ ꝓbant ex eo.ꝙ aliquā opatiōem ⁊ effectum
plus habet res maſticata q̄ꝫ nō maſticata. Scđa fit a
ſtomacho vbi ſegregaꝰ ſubtile a groſſo.⁊ conſtat ꝙ ad-
huc neutrū eſt ps corpis. Tertia fit ex ꝯpate vbi fit vlte

rioꝛ ſegregatio puri ab impuro. ⁊ conſtat ꝙ adbuc neu-
trum eſt initium coꝛpis vel ps coꝛpoꝛis. Quarta fit in
membꝛis vbi tranſmittit̃ magis purū. Et illud ad mē-
bꝛa trāſmiſſum facit tria. Pꝛimū ē ꝙ nutrit ⁊ ſaluat ſub
ſtantiā ſuſcipientis. reſtaurando deperditū continue de
fectionis que ex caloꝛe naturali ē agente in ſuam materi
am. Scḋm eſt ꝙ eandē ſubſtantiā etiā augmētat ⁊ de-
ducit vſqꝫ ad debitā quantitatē. ſi eſt citra. Tertium eſt
ꝙ his duabꝫ actionibꝫ ſupfluū trāſmittit ad viā gene-
ratōnis. Et ſic ſemen eſt ſupfluitas quarte digeſtionis.
Modo querit̃ de illo ſupfluo. Aut de illo tantū fit deci
ſio. vel nō tantū de illo. Si tantū de illo illud nunqꝫ fu-
it generātis. nec pars coꝛpis. quia in fine quarte digeſti
onis. ꝑmo vel cōuertit̃ in coꝛpus ſi eſt neceſſariū. vl' trāſ
mittit generatiue ſi ē ſupfluū. Ergo ſi tantū de illo fit ꝓ-
pagatio. nō erit eſſentialis ꝓpagatio. quia nec aīa de ani
ma. nec coꝛpus de coꝛpe. Item nunqꝫ ſuperfluū illḋ vni-
tum fuit maſſe coꝛrupte. ex cuius ↄiunctione ↄtrabitur
oꝛiginale. ergo ille qui generatur nō habebit oꝛiginale.
Itē ſm hoc nihil eſt in xp̄o. q2 ſm eſſe nunqꝫ fuiſſet adā
ergo nō deſcēdiſſet ab eo ſm coꝛpulentā ſubſtantiā qḋ
eſt ↄtra beatū Aug. Item ſi dicat̃ ab ip̄o adā deſcendiſ-
ſe. nō ꝙ aliqḋ ſui fuerit in eo ſm eſſe. ſed tantū ſm oꝛigi
nem anime vegetabilis ⁊ nutritiue. que eſt potentia ī ſe
mine. ergo potius dicet̃ deſcēdiſſe a ꝑma planta vel a ꝑ
mo animali in quo pꝛimā oꝛiginē habuit anima nutri-
tiua ⁊ vegetabilis. Pꝛopterea cū aīa vegetabilis ſenſi-
tiua vna ſit ſubſtantia cū rōnabili in homīe ⁊ illa nullā
ab adam habuit oꝛiginē. ſm aīam vegetatiuā ⁊ nutriti-
uam nullo mō dicet̃ dn̄s deſcendiſſe ab adam. Et ſi di-
ceret̃. ꝙ in ſemine eſt ꝟtus aīe vegetabilis ⁊ nō in aīa.
hoc nihil eſt. Uirtus enī nō eſt ſine ſubſtātia cuiꝰ eſt vir
tus. Un̄ ergo facta fuerit iſta ↄceptio dicimꝰ cū damaſ.
ꝙ nō tantū de ſanguine. ſed ⁊ de ſanguinibꝫ ⁊ carne be
atiſſime virginis facta eſt. Et dicimꝰ ꝙ duplex eſt humi
ditas ſui ſanguinis in coꝛpe. Una nutrimētalis que ve
nit a cibo. ⁊ adhuc nō eſt coꝛpꝰ vel ps coꝛpis. ſed adhuc
pōt vel vniri vel pars fieri vel trāſmitti ad generationē
alterius coꝛpis. Preter hāc eſt ibi humiditas ſubſtantia
lis. que eſt actualiter in oīmibꝫ membꝛis. ⁊ ē pars eſſenti
alis coꝛpis vel generantibꝫ ↄiuncta. vel ꝑ nutrimentuꝫ
in coꝛpus ↄuerſa ⁊ illi vnita. Et ex his vtriſqꝫ fit deciſio
vel ꝓpagatio. Et hoc eſt qḋ ſubtiliter tangit ph̄s in li. ḋ
anima dicēs. ꝙ eſt generatōnis factiuū. Et hoc duobus
modis. Uno mō quia ex ſupfluitate in vltima digeſtio-
ne fit pars ſeminis ⁊ rei generate. Alio mō quia ꝑ alimē
tum ſuſcipiūt completā quantitatē. tūc ⁊ ſubſtantiuam
vt nō poſſit ex ip̄is decidere eſſentialioꝛē ⁊ verioꝛē partē
ſeminis rei generate. Alis ſi nutrimentū eſſet tantū ma-
teria ſeminis ⁊ nō effectiuū. nō benediceret̃ factiuū. qḋ
dicit potentiā actiuantē. Nūc aūt eſt nutrimentū ⁊ ma-
teria ſeminis q̄ntū ad maioꝛē partē ip̄ius ſeminis. ⁊ eſt
cauſa efficiēs ⁊ ↄferens mēbꝛis cōplementū ad deciden
dum de ſe ꝑtem eſſentialioꝛē ⁊ verioꝛē. Et idē tangit da-
maſce. dicendo in vno loco. ex ſanguinibꝫ ⁊ nō ex ſāgui
ne. Et in alio loco dicit expꝛeſſe. ex puriſſimis ſanguini-
bus ⁊ carnibꝫ. Et Joh. i. ḋ2 in plurali. Qui nō ex ſangui
nibus in plurali. neqꝫ ex voluntate carnis in ſingulari.
Item ſciendū ſm Alb. vbi. ſ. ꝙ fuit iſta cōceptio ꝑ mo-
dum generatōnis. nō ꝑ modū creatōnis. Nec damaſce.
dicit creans. q̄uis magiſter ſen. dicat hoc. Sed dic̄ Da
maſce. ꝙ nō ſeminaliter ſed ↄditiue ꝑ ſp̄mſanctum. Et
alia tranſlatio habet creabiliter. q. d. q̄uis non ſit pure
creatio eſt tn̄ ibi ꝓpꝛietas ⁊ ſilitudo creationis. q2 videlꝫ
facta fuit ſubito ⁊ īmediate a deo qui nō indiget mate-
ria. Quāuis enī damaſ. dicat ꝙ ſpūſſanctus deſcēdit in
eam. dans ei ꝟtutē ſuſceptiuā ſimul ⁊ generatiuā. nō eſt

intelligendū ꝙ illa ꝟtus btē marie fuerit cauſa immedi
ata illius ↄceptus ſed cauſa mediata. Non enī a virtute
creata potuit hoc eſſe immediate. ſed a virtute increata
dei. qḋ ꝓbat̃. quia ↄiungere ea que ſunt infinite diſtan-
tie. eſt potentie infinite. Eiuſdē aūt ꝟtutis eſt opari con
ceptionē ⁊ vnionē. quia ſimul fuit in vno. Sed in iſta
vnione ſunt deus ⁊ hō q̄ ſunt infinite diſtātie. ergo hoc
fuit a ꝟtute infinita. nec ꝟtutꝫ create. Nulla enī creatura
eſt infinita ꝟtute. Signāter aūt dixit angelus. Ecce con
cipies in vtero. nec eſt ſupfluū in vtero ponere. q2 videt̃
ꝙ ↄceptus nō fiat niſi in vtero. q̄uis enī vterus ſit locꝰ — Cōcipe in
ↄceptionis. tn̄ iſta ē differētia inter ↄcipe in vtero. ⁊ con — vtero ⁊ ↄ
cipere in vterū. q2 oēs mulieres ↄcipiūt in vterū. reci- — cipe ī vte
pientes a viro ſemen in vterū. Sola aūt btā maria cōce — rū drūt.
pit in vtero nō homīe. ſed ſpūſancto in ea ↄceptū operā
te. ſm illud Hiere. xxxi. Nouū faciet dn̄s ſup terram. Fe-
mina circūdabit viꝝ. qḋ ſm dyoniſiū eſt nouiſſimū om
niū nouitatū. Itē ī ip̄o ↄceptu nō habuit btā maria de-
lectationē cū libidine. vt habēt cōmuniter mulieres. Un
de angelus docēs modū ait. Uirtus altiſſimi obumbꝛa
bit tibi. i. refrigeriū pꝛeſtabit tibi in eo ↄceptu. vt caloꝛes
libidinis nō ſentias. ſicut vmbꝛa refrigeriū p̄ſtat cōtra
caloꝛē. Habuit tamē ſummā delectationē ſpūalē ⁊ gau
diū quale intelligi nō poſſet a nobis. Sed ⁊ delectatiōꝫ
naturalē habuit tūc in ſummo. Nam ↄceptio iſta fuit ſi
milis illi. que fuiſſet in ſtatu innocētie q̄tū ad immuni-
tatem peccati ⁊ libidinis. Sed illa fuiſſet cū maioꝛi dele
ctatione q̄ꝫ ſit mō que ē cū libidine. ergo ⁊ illa fuit cū ma
xima delectatiōe naturali ſine aliquo peccato. Itē natu-
ra nobilioꝛ nobilioꝛes habet oꝑatōnes ⁊ delectationes.
Sed natura non coꝛrupta nobilioꝛ eſt natura coꝛrupta
vt nūc. ergo maioꝛ eſt ⁊ nobilioꝛ eiꝰ delectatō. Huiuſmo
modi aūt fuit ↄceptus marie. quia nō natura coꝛrupta — Quanto
in ea ergo ⁊c̄. Stetit aūt in vtero ꝟginis ſm beatū aug. — tp̄e xp̄us
iiij. de trinitate. menſibꝫ nouē. ⁊ diebꝫ ſex. Et ſi dicat̃ ꝙ — ſteterit in
videt̃ ꝙ dies. xlvi. ſteterit in vtero ꝟginis vltra debitum — vt͛o. M.
Et ratio eſt. q2 in alijs pueris in iſto ſpacio dieꝝ ſcꝫ qua
draginta vel quadraginta ſex. ſm alios paulatim ꝑficit̃
⁊ oꝛganizat̃ coꝛpus paruuli in oīmibꝫ liniamentis ſuis.
⁊ tūc foꝛmato aīa de nihilo creata coꝛpi infundit̃. Sed
coꝛpus Jeſu in ſubito cū dixit btā maria. Fiat mihi ſm
verbū tuū. in inſtāti fuit de puriſſimis ſanguinibꝫ ꝟgi
nis coꝛpus ꝑfectū completū ⁊ oꝛganizatū. ⁊ anime tunc
create infuſum. ⁊ ſimul deitati vnite. Nō tn̄ ſupfluerūt
illi dies in manēdo in vtero ꝟginis. Sed infra illos vt
dicit magiſter ſen. in. iij. Coꝛpuſculū illud paruiſſimum
ſup oīa coꝛpa paruuloꝝ ī vtero exiſtentiū deuenit ad
notabilē quātitatē ⁊ ſolitā cōmuniter. Et ſic fuit in vtero
cclxxvi. diebꝫ. He ſunt vigintinouē hebdomade ⁊ duo
dies. Et congruētiſſimū ⁊ p̄cioſiſſimū tp̄s ē quo ſm oꝛ
dinē nature nō errātis neqꝫ deficiētis partū congruit eſ
ſe in vtero poſt anime infuſionē. Nec debuit dominꝰ cō
cipi perfectōne coꝛpoꝛali. que eſſet ↄtra modū humane
natiuitatis. ſed ꝑfectōne ſpūali. Pꝛimo aūt homini ade
de terra terreno ↄgruebat ꝑfectio coꝛpalis. Secūdo ve-
ro ade celeſti ↄgruebat in illo ſuo ꝑncipio ꝑfectio ſpiritu
alis. que intelligit̃ ꝑ virū. dum dicit̃ in illa auctoꝛitate.
Femīa circūdabit viꝝ. Concepit ģ beata maria cū ſūma
ſpūs delectatōne. ⁊ etiā cū ſumma delectatiōe naturali.
Sed naturalis fuit ibi materialiſ. Spūalis fuit foꝛma
lis. ſicut ip̄a ↄceptio fuit ſpūſancto oꝑante tantū. ⁊ na-
tura oꝑatiōem ſuſcipiēte. Quāuis aūt poſt peccatum
matres habeāt grauedinē ⁊ laboꝛē in poꝛtando pꝛolem
in vtero ꝓut dicit thobias filio. Thob. iiij. beata tamen
maria nullā grauedinē ſenſit. q2 cōcepit ſm ſtatum in-
nocentie. i. ſine peccato oꝛiginali in pꝛole. Un̄ ſicut in il
lo ſtatu innocētie nō erat grauamen in matre poꝛtante

fetum. ita nec beata maria habuit grauamē. Sicut corpus ꝓpriū nō grauat ꝓpriē. ſic naturaliter corp⁹ matris ꝛ filij in vtero eius quaſi vnū corpus naturaliter nō grauat. Itē ꝙuis diſſolutio ſeu diuiſio ↄtinui ſit dolor ꝟ eſt quādo fit iſtud a ꝑncipio extra agentē ꝑ violentiam qḋ nō fuit in ꝟgine. Fuit etiā talis dolor partus datus in penā matribꝫ ↄ̄cipientibꝫ cū libidine. Qḋ quia non fuit in ꝟgine. ideo vt canit eccl'ia. Neſciēs mater virgo virum. pepit ſine dolore ſaluatorē ſeculoꝝ. Propterea beata maria ante partū tantū reficiebaṫ ſm intellectum ꝛ tactū. intelligendo ꝛ ſentiēdo in ſe habere gaudiū paradiſi dñm Jeſum. Sed poſt partum reficiebaṫ de eo ſm oēm ſenſum ꝛ intellectū. Vidēs paruulū quem nouerat deū. audiēs vagientē. quaſi guſtans cum oſcularet adorans pſentē. palpans ꝛ amplexans. Et ideo auctum eſt gaudio ꝛ delectatiōe in partu. Itē ꝙuis corp⁹ groſſuꝫ nō poſſit trāſire ꝑ aliud corpus niſi diuidēdo. hoc ē ſm naturā. tamē quia partus ꝟginis fuit miraculoſus ſic ↄceptus. ideo exiuit in mundū ꝑ portā clauſam. vt prophetauit Ezechiel. Saluo ſignaculo ꝟginali. virgo ante partū ꝛ virgo poſt partū. Sola etiā virgo lactabat vbere de celo pleno. nō per aliū modū qui accidit in matribus. Q, dñs fuit in btā virgine ꝑ exaltatōem prolis.

## Dominus tecum. §. II.

Secundo ad prolem de te exaltandū. qḋ declarat exprimens qualis erat naſciturus ex ea. Vocabis inquit nomen ei⁹ Jeſum. Erit magn⁹ ꝛc. Hoc nomē Jeſus quod ſm btm̄ Berñ. eſt mel in ore. melos in aure. iubilus ī corde. Fuit ab eterno pdeſtinatū. rem nois deū preſtando. Ro. i. Qui ſcꝫ ieſus factus eſt ei ex ſemīe dauid ſm carnem qui pdeſtinatus ē filius dei. Fuit a ꝓpheta ꝑnunciatum ꝑ longa ante tpa. Abachuc. iij. Ego ait in domino gaudebo ꝛ exaltabo in deo Jeſu meo. Ab angelo intimatum marie ꝛ ioſeph. vt hic ꝛ Math. i. Apparuit angelus dñi ad ioſeph dicēs. Noli timere ꝛc. Vocabis nomē eius Jeſum a maria imperatū. ꝛ a ioſeph executiōi mādatum. Lu. ij. Vt circūcideret puer vocatū ē nomē e⁹ ieſus. Hoc aūt eſt ꝓpriū nomē eius. ꝛ quia noīa imponūtur rebꝫ a ꝓprietatibꝫ eaꝝ. Cauſam huius noīs impoſitōnis expreſſit angelus dicēs. Ipe enī ſaluū faciet populū ſuū a peccatis eoꝝ. Vnde ieſus hebraice. latine ſaluator interpretaṫ. Quāuis aūt ſaluare a culpa remittēdo eam ſit cōmune tribꝫ pſonis. qꝛ inſepabilia ſunt opera trinitatis. ab extra tñ redemptio ꝑ paſſiōem ꝓpria eſt filij incarnati. qui ſolus ē incarnatus. Et ſm hāc filius ſolus ſanguine ſuo ſaluū fecit populū ſuū a peccatis eorum. Vñ ipe ſolus dicit ieſus. i. ſaluator. Itē ꝙuis vnū ꝓpriū nō poſſit eſſe pluriū ꝓpriū. tñ vnius poſſunt eſſe plura ꝓpria. vt riſibile. diſciplinabile. ꝛ ſuſceptibile hominis. Vnde cū verbū incarnatū habeat plures ꝓprietates ſibi ſoli ↄuenientes ꝛ nulli alie pſone. pōt a qualibet eaꝝ denominari. Vñ plura nomia que dicunṫ de eo vt Eſaias. Vocabiṫ nomē eius emanuel. Et vocabiṫ admirabilis ↄſiliari⁹. Fortis ꝛc. cōueniunt ei ratiōe diuerſarum ꝓprietatum. ꝛ a qualibet earū pōt denominari. Cū vnūquodqꝫ ab vltimo ꝛ optimo pcipue habeat denomiari. Finis autē eſt vltimū in vnoquoqꝫ. debet vnūquodqꝫ ꝓpꝛijſſime a fine denomiari. Et cū finis incarnatiōis ſit ſaluatio humani generis per verbū incarnatū. Vbi filius dei incarnaṫ recte vocatus eſt ieſus. potius ꝙ̄ alio nomine. Similr̄ ꝙuis mirabilitas ꝛ fortitudo ꝛ ↄſiliū cōmunia ſint diuinis pſonis. tñ mirabilitas ↄcept⁹ ꝛ natiuitatis de virgine. Fortitudo in morte. Cōſiliatio ī doctrina. verbo ꝛ exēplo ſolū ↄueniūt ieſu. ſicut ꝓpria eſt ei incarnatio. Vñ hac rōne nō ↄueniunt pdicta noīa trinitati ſed ꝟbo incarnato. De iſtis duobꝫ ↄiunctis. ieſus

De impoſitōe noīe Jeſus ab angelo.

xp̄s dicit Alb. nomināt vnā pſonā a duabꝫ naturis. q̄ iuncta eſt ſm humanitatē ſaluator ſm diuinitatē hūanitati ↄiunctā. Quantū aūt incarnatū ex virgine dñs exaltauerit. oſtēdit apl's ad Phil. ij. di. Deus exaltauit illū ꝛ donauit illi nomē qḋ eſt ſuꝑ oīe nomē ꝛc. Et ꝟ angelus gabriel expoſuit ſubdēs poſtꝙ̄ dixit ꝟgini. Vocabis nomē eius Jeſum. Erit ei magn⁹ ꝛc. quoꝝ expoſitio ſequiṫ. De magnitudine prolis ↄcipiende a ꝟgine. i. ieſu Erit inquit magnus. Et pmo. locutio iſta videṫ icōgrua Nā cū magnitudo ſit duplex. ſ. molis ſeu ꝙtitatꝫ materialis ꝛ virtutis. Et de magnitudine corꝑali nō ſit intelligenda locutio. qꝛ illa eſt indifferēs. Vñ ſamueli dictum fuit de vno ex germanis dauid. Ne reſpicias vultū eius nec altitudinē ſtature ei⁹ qꝛ abieci eū. i. Reg. xvi. Ergo ḋ magnitudine virtutis. Sed cū qui nunciaṫ ↄcipiēdus ſit deus. deo aūt nihil accreſcat. nulla ꝟtus ꝑ incarnationem. Quicqd enī pōt hō pōt deus ꝛ plus. ergo quicqd pōt modo. potuit ꝛ pus. quō factus ē magnus. Vnde ꝛ be. Berñ. Quare erit ꝛ nō potius eſt magnus. qui ſemper equaliter eſt magnus. ꝛ nō habet quo creſcat vt quaſi maior poſt conceptū futurus ſit ꝙ̄ ante ſit. Quinimmo potius paruus videbaṫ nunciādus. ſm illud Eſa. ix. Paruulus natus eſt nobis. Vnde ꝛ be. Berñ. Non laudatur dñs magnus ꝛ laudabilis valde. ſed ꝛ paru⁹ dominus ꝛ amabilis valde. Propter qḋ etiā dicit ps. Minuiſti eum paulomin⁹ ab angelis. Qḋ apl's ad Heb. ij. exponit de verbo incarnato. Ad hoc reſpōdet Alb. vbi ſupra. Dñs in incarnatōne factus eſt magnus ꝛ paru⁹. quia deus ꝛ homo. Magnus inꝙtū deus. Paruus inquantū homo. Ergo vna ꝛ eadē pſona eſt magnificata ꝛ paruificata. Q, aūt pſona diuina ſit magnificata ꝟ habet ratiōe humanitatis. qꝛ ſcꝫ ipa humanitas deo ↄiuncta eſt magnificata ꝛ exaltata. Nam diuina natura non habet quo creſcat. cū infinita ſit. Paruificata aūt ꝛ exinanita dicit diuina pſona rōne diuinitatis. nō ex diminutione diuine nature in aliquo. que minui nō pōt. ſed cū inferiori vnitiōe. Sicut ꝛ magnificatio nō eſt nature extra metā ꝓpriā eleuatio. ſed cū ſūma natura pſonalis cōiunctio. Et ſic erit magnus. Pmo altiſſima nobilitate. Scđo excellentiſſima dignitate. Tertio imēſiſſima prāte. Quarto diffuſiſſima famoſitate. Quinto copioſiſſima vtilitate. Sexto inauditiſſima nouitate. His ſex modis erit magnus.

## De nobilitate eius. §. III.

Dicit Prouerb. vlti. Nobilis in portis vir eius ſcꝫ eccleſie Cui⁹ ſpōſus ē ieſus cū ſederit cū ſenioribꝫ terre. Et Lu. xix. in ꝑabola. Nobilis qdā abijt in regionē lōginquā accipe ſibi regnū ꝛ reuerti. Hic vtiqꝫ magnus. Nā ps. de eo. Magn⁹ dñs ꝛ laudabilis nimis ꝛ magni. ꝛc. Et qs magn⁹ ſicut de⁹ nr̄. Job. Altior celo eſt. pfundior iferno. latior mari. ꝛ lōgior terra. mēſura ei⁹ ſcꝫ ſpūalis videlꝫ in prātis ſublimitate. In ſapiē limpiditate. In charitatis viſceroſitate. In pmanētie eternitate. b. berñ. Plane magnus. qꝛ tā magn⁹ ꝙ̄ altiſſim⁹. Altiſſim⁹ ei pr̄ ei⁹ ē. Quā alt⁹ aūt pr̄ ſit nō potuit ineqlē ſibi gignere filiū. Fec vtiqꝫ angelū magnū ſi nō ꝙtus ē ipe. ꝛ fieri nō potuit altiſſim⁹. qḋ ſibiipi vſurpare voluit di. Silis ero altiſſimo. Solū aūt vnigenitū quē nō fecit ſed genuit oſs oipotētem altiſſim⁹ altiſſimū. coetern⁹ coeternū. ipm ſibi ꝑ oīa cōpari. nec rapinā extimat nec iniuriā. Vñ ꝛ angel⁹. p⁹ ꝙ̄ magn⁹ dixit. ſubdidit. Fili⁹ altiſſimi vocabiṫ. Ecce nobilitas altiſſima expſſa. Quāuis aūt dicaṫ ī li. eccl'. Erꝫ fili⁹ altiſſimi. obediēs. ſ. mādatꝫ dei. Aliter tñ ꝙ̄ iſte. Nā ſcti viri ꝛ obediētes diuīs mādatis. ſūt filij ꝑ adoptōeꝫ. ſcđm illud apl'i ad Gal'. Miſit deus filiū ſuum natum ex muliere ꝛc. vt adoptionē filioꝝ recipemus. Hic autē

filius altiſſimi p eternā generationē. Uocabit̄ ait altiſſi-
mi filius. Aliter ꝙ̄ alibi. Nam alij vocant̄ nomīs illius
impoſitione. Hic aūt ⁊ nomīs ⁊ rei diuine nature p ope-
rum declaratione. Uocabit̄ altiſſimi filius eterna nomi-
natione. Pſ. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu. ego ho-
die. i. eternaliter genui te. Scripture atteſtatione iohan-
nis ꝓhetatiōe. Opm ꝓbatione. Patris eterni declarati-
one. Columbe oſtenſiōe. Petri cōfeſſione. ⁊ demonū ſu-
ſpitione. Doctrine ſingularitate. quia nunꝙ̄ ſic locutus
eſt homo dixerūt iudei. miſſi ad capiendū eum Joh. vij.
Facile eſt de his auctoritates ſcripture habere ob breui-
tatē dimiſſas. Uocabit̄ ergo ab homīb; ex p̄dictis altiſ-
ſimi filius. Unigenit⁹ in eſſe nature. Primogenit⁹ in do-
nis gratie. Sūmus in eſſe glorie. Unū erit in eſſentia cū
patre. Erit a patre eterna generatione. Unum principi-
um in communi inſpiratione.

## De excellentiſſima .§. IIII

dignitate ait p os dauid pſ. ij. Ego ꝯſtitutus ſum rex
ab eo. Et apoc. xx. dicit̄. Oꝫ habet ſcriptū dei filius ī fe-
more ſuo. i. humanitate. rex regū ⁊ dn̄s dominantiū. qđ
etiā oſtēſum fuit in viſiōe nabuchodonoſor in lapide il-
lo exciſo a monte ſine manib;. qui ꝑcutiēs ſtatuā illam.
ſignantē quatuor monarchias mundi. ex quatuor parti-
bus ei⁹ diuerſe materie confectā. ad nihilū redegit. ⁊ fa-
ctus eſt mons magn⁹ dn̄ans oīb;. ⁊ habet̄ in Daniele
Uñ ⁊ angelus ſubdit. Dabit illi dn̄s ſedem dauid pr̄is
eius. i. dignitatē regiā. Sed pōt merito dubitari de q̄
regno loquat̄ videlꝫ ſp̄uali ſeu tempali. De tempali non
videt̄ intelligendū cū ip̄e dixerit. Regnū meū nō eſt de
hoc mūdo. Joh. xviij. Uñ cū turbe poſt miraculū factū
ſatiando quinꝙ̄ milia hominū ex quinꝙ̄ panib;. volu-
iſſent eum facere regē. aufugit. Joh. vi. Sed nec de ſp̄ua-
li quo ſcꝫ regnat p grām in eccl̄ia. quia inꝙ̄tū hō nō con-
fert gratiā. Inꝙ̄tū deus ſemp habuit tale regnū ſp̄uale.
Et ſic ei nō fuit datū quod habebat. Sed reſpondet̄ ꝙ
xp̄s regnū tempale ⁊ ſp̄uale recepit in ſua incarnatione
Nam etiā inꝙ̄tū homo datū fuit ei dn̄ium tot⁹ mundi.
Sed nō eo vſus pauperrime degens. vt nos ſuo exemplo
induceret ad ꝯtemptū mundi. Be. Aug. Oīa terrena
ꝯtempſit homo xp̄s. vt contēnenda eſſe demonſtraret.
⁊ exemplificat p particularia. Et iſto mō regnū eius nō
fuit de hoc mūdo. Regnū ſp̄uale inꝙ̄tū hō habuit. in-
q̄ntū caput eſt eccl̄ie merito paſſionis nobis grām pro-
curans ⁊ exemplo eccl̄iam regens ⁊ verbo. ꝓpter quod ait
pylato. Tu dicis quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſū
vt teſtimoniū phibeā veritati. Joh. xviij. Uñ glo. ſuper
dicto v̄bo. Dabit ei dn̄s ſedē dauid ⁊c̄. dr̄ In p̄ſenti vita
corda inhabitās ſcꝫ p grām regnabit ad gloriā vocās vt
regnemus cum eo in patria. Hinc leo papa in ſermone.
Agnoſce o chriſtiane dignitatē tuā ⁊ diuine conſors fa-
ctus nature noli in veterē vtilitatē degeneri ꝯuerſatione
redire. Memento cui⁹ capitis ⁊ cuius corpis ſis mēbrū.
Reminiſcere q2 erutus de poteſtate tenebraꝝ trāſlatus
es in dei lumen ⁊ regnū. Non ſolū aūt hominū ſed ⁊ rex
eſt ⁊ dn̄s angeloꝝ. vñ Math. iiij. dr̄ Acceſſerunt ange-
li ⁊ miniſtrabāt ei. vt ſcꝫ dn̄o ſuo. Et ad Heb. i. Cum in-
troducit p̄mogenitū ſcꝫ xp̄m in orbē terraꝝ dicit. Ado-
rent eum oēs angeli eius. Et in hymno. Tremūt vidē-
tes angeli verſa vice mortaliū. Culpat caro. purgat caro.
ſcꝫ xp̄i. regnat deus dei caro. Et iteruꝫ ad Heb. i. Sedet
ad dextrā maieſtatis in excelſis ſcꝫ xp̄s tanto melior an-
gelis effectus. quāto differentius pre illis nomen heredi-
xp̄s dr̄ ſu-p̄ior ⁊ rex angelorū. tauit. Cum igitur deus nominetur ⁊ ſit. ⁊ deus ſit rex
angelorum. ergo et chriſtus eſt rex angelorum. Sed
pro huius pleniori declaratiōe ſciendū ſm Alber. vbi
ſupra. ꝙ de dn̄o Jeſu xp̄o poſſum⁹ loq̄ ſm quatuor mo-
dos. Primo de ip̄a ypoſtaſi ſeu pſona diuina ſcꝫ filio dei
Scd̄o de natura. i. pſona ip̄a rōne diuine nature que ē ī
ea. Tertio de pſona rōne humane nature aſſumpte ſcilꝫ
ſm ꝙ eſt in vnione cū diuina. Et his trib; modis xp̄s ē
ſuperior oīi angelo ⁊ rex angeloꝝ. Quarto mō ſm ꝙ ī ſe
eſt ip̄a humana natura circūſcripta diuinitate. ⁊ ſic eſt in-
ferior angelo. ſm illud. Minuiſti eum paulominus ab
angelis. Qđ verꝫ eſt ſm naturā ſeu pfectionē naturalē.
nam natura intellectualis ſuperior eſt rationali. Sed ſm
grām infuſam aīe eius ⁊ gloriā maior eſt oīi angelo ſi-
ne cōparatōne. Unde ⁊ ſedere dicit̄ a dextris dei. Mar.
vlti. i. in potiori glīa ſup oēs homines ⁊ angelos.

## De immenſa eius po. §. V.

teſtate. Pſ. Quis deus magnus ſicut deus noſter. no-
ſter ſcꝫ frater effectus p incarnationē. tu es deus q̄ facis
mirabilia. notā feciſti in populis v̄tutē. i. potentiā tuaꝫ.
Poteſtatē habeo ponēdi aīam ſcꝫ p mortē. ⁊ poteſtateꝫ
habeo iteꝝ ſumēdi eam. ait ip̄e Johā. x. ſcꝫ ꝓpria virtute
reſurgendo. Dicit be. Aug. Maius eſſe iuſtificare pecca-
torem. qđ fit remittēdo peccata. ꝙ̄ creare celū ⁊ terrā. qđ
eſt immēſe potentie. Nam p creationē res ꝑducit̄ ad eſſe
nature. Sed p iuſtificatōem ad eſſe gratie. Potior autē
eſt gratia ꝙ̄ natura ait be. Ambro. Filius aūt hoīs ha-
bet poteſtatē in terra remittēdi peccata ait ip̄e. Mat. ix.
Immo vt ait Aug. de ꝯſe. di. iiij. Nemo tollit peccata ni-
ſi xp̄s qui eſt agnus dei tollēs peccata mūdi. ſua deitate
effectiue. ſua humanitate meritorie. De dyabolo dn̄s di-
cit ad Job penul. ca. Nō eſt poteſtas ſimilis ei ſup ter-
ram. Sed dn̄s Jeſus fortis et potēs. dn̄s potēs in p̄lio
eum ſupauit magnitudine potētie ſue. Cū fortis poten-
tia naturali armatus malicie experimētali cuſtodiret atri-
um ſuū ſcꝫ mundi. in pace oīa poſſidebat. vt dicit̄ Lu-
ce. xi. Tyrannice ſibi vſurpato dnīo. nō reperiebat̄ qui ei re-
ſiſteret ex defectu v̄tutis in humano genere. Sed ſuper-
ueniēs fortior eo. pugnans cū ip̄o manu inermi ⁊ affixꝰ
cruci. debellauit inquit be. Aug. aereas poteſtates ⁊ vni-
uerſa arma eius in quib; ꝯfidebat. abſtulit. ſcꝫ malicias
detegens verbo ⁊ exēplo. ⁊ ſpolia eius diripuit aīas ca-
ptiuas ab eo liberādo. Sed ⁊ hāc ſuā magnā poteſtatē
diſcipulis cōmunicās ait. Ecce dedi vobis poteſtatē ſup
oīa demonia ⁊c̄. Lu. ix. Data eſt mihi inq̄t oīs pote-
ſtas in celo ⁊ in terra. Math. vlti. Que quidē poteſtas
ſm mgr̄m in. iij. ſen. ſibi collata eſt a p̄ncipio ſue ꝯceptō-
nis. Sed reſurgenti aſſerit ſibi collatā. quia tunc fuit h̄
manifeſtū. Nam ſicut ip̄e fuerat potens in ope miraculo-
rum ⁊ ſermone corā deo ⁊ oīi populo. Luce. xxiiij. Ita
ꝯceſſit ap̄lis vt in nomīe eius demonia eijcerēt. Linguis
nouis verba exp̄merent. Serpētes tollerent. venena ꝓ-
pellerent. infirmos varijs languorib; curarēt. cecos illu-
minarēt. mortuos ſuſcitarent. ꝯfortati potentia virtutis
eius. In celo data eſt ei oīs poteſtas. quia his qui cre-
dunt in nomīe eius dedit poteſtatē filios dei fieri. Johā-
nis. i. Et poteſtas eius poteſtas eterna. vt dicitur Dan.
ix. Recte ergo dicit̄ ei danda ſedes dauid. qui interpre-
tatur fortis robore. Et figurat̄ regnū xp̄i ſup eccleſiā mi-
litantem p regnū dauid. quia huius regnū eccleſie eſt in
bello ꝯtra vitia. ⁊ in effuſione ſanguinis. ⁊ caſtigatione
corpis. ⁊ crucifixione carnis a vitijs. ſicut ⁊ regnū dauid
fuit cum bellis ⁊ laborib;. Sedes ergo dauid eſt ei dan-
da ſcilicꝫ ſpiritualis regni ſacerdotij. magiſterij. iudicij.
conuiuij. Et dicitur ſedes iſta dauid vt dicit Albert⁹ ꝓ-
pter carnis ꝓpagationem. quia ab eo deſcēdit. Propter
diuinam electionē. Elegi hominem ſm cor meuꝫ. ait do-
minus de dauid. Propter humilem exaltationē. Ex par-
uo aſſumptus eſt in regnum humilis valde. Unde ait.
Uilior fiam plus ꝙ̄ factus ſum. ⁊ humilis ero ī oculis

meis dixit ipe mihol.ij. Regum. vi. Propter hoſtium
deuictionē.quia plurimos hoſtiū ſubiecit. Propter ſan
guinis effuſionē multos occidens.pcipue golyath. Pro
pter diuini cultus augmentationē. vt patet.i. Paralip.
.i. Propter ſpiritualē promiſſionē. Ps̄. De fructu ven/
tris tui ponā ſuper ſedē tuam. Propter virtutū ſimili/
tudinē ꝛ charitatis magnitudinē. Et figurať p regnuꝫ
chriſti ſup ecclīam militantē per regnū dauid.quia eius
regnū ecclie eſt in bello contra vitia ꝛ in effuſiōe ſangui/
nis ꝛ caſtigatiōe corpis ꝛ crucifixione carnis a vitijs.ſic
ꝛ regnū dauid fuit cum bellis ꝛ laboribus.

## De vtilitate maxi .§. VI

ma eius dicit in libro ſapiētie. Magna ſūt iudicia tua
dñe ꝛ inenarrabilia verba tua. Magnificaſti populuꝫ
tuū ꝛ honoraſti. Uere magnus dñs ꝛ magna miſcdia
eius.qui dat donū equale ſibi inquit be. Aug. Deus ei
factus eſt homo vt homo fieret deus. Unde petrus i ca
nonica epiſtola. Maxima ꝛ pcioſa donauit nobis de⁹.
vt ſimus diuine nature cōſortes. Quis maior honor eſ
ſe poteſt.que maior vtilitas. Unde leo papa in ſermōe:
Redijt in honorē ſuū ab antiquis ꝯtagijs purgata na
tura mors morte deſtruiť.natiuitas natiuitate reparatur
Quiſquis igiť pie ꝛ fideliter chriſtiano nomīe gloriaris
recōciliatōnis huius gratiā iuſto ppende iudicio. Tibi
enī quondā abiecto.tibi excluſo a paradiſi ſedib9.tibi p
exilia longa morienti.tibi in cinerē ꝛ in puluerē diſſoluto
cui iam nō erat ſpes vlla viuendi. p incarnationē verbi
poteſtas data eſt.vt de longinquo ad tuū reuertariſ au/
ctorem.recognoſcas parentē liber efficiaris ex ſeruo. de
extraneo pmouearis in filiū. vt qui ex corruptibili car/
ne natus es.ex dei ſpiritu renaſcaris.ꝛ obtineas p grati
am quod nō habebas p naturā.Et mali cōſcientie abſo
lutus reatu.celeſtia regna ſuſcipias ſi volūtatem dei fa
cias.diuino fultus auxilio. hec ille. Et ideo Eſaias ait.
Paruulus natus eſt nobis.filius datus eſt nobis. Et
angelus ad paſtores Lu.ij. Natus eſt vobis ſaluator q̄
eſt chriſtus dñs.i.ad veſtri vtilitatem. Unde be. Bern̄.
Magnificeť a nobis paruus ꝛ magnus dñs.quos vt
faceret magnos.factus eſt paruus. Paruulus inq̄t Eſa
ias natus eſt nobis.nō magnus qui cū magnum habe
rent.paruū nō requirebant.nobis ergo natus nobis da
tus.quia ꝛ nobis neceſſarius.Et ideo de nobis nato vel
dato faciamus id ad qđ datus eſt nobis. Utamur no/
ſtro ad noſtram vtilitatē.vt de ſaluatore ſalutem opere
mur.hec be. bern̄. Tunc aūt ſalutē conſequemur. ſi vitā
eius imitamur. Nam vt ait be. Aug⁹. in ſermone. Ho/
mo ſequēdus nō erat.qui videri poterat. Deus ſequen/
dus erat.qui videri nō poterat.vt ergo homini exhibe/
retur.qui ab homine videreť.quē homo imitareť.deus
factus eſt homo.qui oīa bene fecit. Unde ꝛ angel⁹ di
xit. Regnabit in domo iacob in eternū. Qđ quidem de
domo materiali iacob intelligi nō poteſt.quia illa non
manet in eternum. Sed de domo ſpūali ſm interpreta/
tionem nominis. Interpretať enī iacob ſupplantatio. In
illa ergo domo.i.mente regnat Ieſus per gratiam pdu/
cens inde ad gloriam.que diabolū ſupplantat.i. ſuperat
mundū.ꝛ carnē cū concupiſcētijs ſuis. Qui vt iacob pa
tienter ſuffert iram fratris.vitat ſcādala proximi. Sim
plex eſt ꝛ domi cōſcientie ſecū manens.qui patriā ꝛ pa/
rentes ad voluntatē patris ſcꝫ dei deſerit.qui vt aducna
peregrinatus in terra vigilans die ac nocte. eſtu vritur
ꝛ gelu ſup gregem ſuoꝝ ſubditoꝝ.vel ſaltem ſenſuum ꝛ
cogitationū ſuarū.ne aliqua occidať a lupo infernali.q̄
ditatus virtutib9 ꝛ multiplicatus in filijs bonorū ope/
rum.ex lya actiue ꝛ rachel cōtēplatiue. Demū diſponē
te deo ad patriā ſupnam regrediť in lucta angelum vin
cens malū.tamē qui ſcꝫ pꝛeliať in fine nobiſcum. Unde
nomen mutat iſrael.qđ interpretať videns deum ſcꝫ per
gloriam. Regnabit in domo iacob.miſeris miſerēdo.ma
los extirpando.bonos exaltando.oīb9 imperando.ho
ſtes ſubiugando. curias celebrando.iura pmulgando.
regna dilatādo.He ſūt cōditōes magni regis q̄s habu/
it ꝛ in vtilitatē noſtram exercuit rex Ieſus.quoniam de
us magnus dominus.

## De diffuſiſſima fa .§. VII.

moſitate.magnus erit. Prius dicebať a ps̄. In iſrael ma
gnū nomen eius ſcꝫ veri dei. Nam alijs nationib9 etiaꝫ
romanis in quib9 erat monarchia declinantib9 ad ydo/
latriam paruū ꝛ pene nullū habebatur nomen veri dei
cum multos colerēt deos. Sed poſt verbi incarnatio/
nem impletum eſt qđ Malachie.i. prenunciatū eſt.ſcilꝫ
a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum magnum nomen meum in
gentibus.id eſt magna fama vbiqꝫ diffuſa. de magnitu
dine veri dei incarnati. Quod etiā ſignatum fuit in pri
cipio ſue natiuitatis venientib9 ex oriente tribus regi/
bus magnis in ſapientia.ꝛ ideo magnis donis adorare
recenter natum.ex muneribus oſtendentibus verā fidem
diuinitatis eius.ex thure mortalitatis aſſumpte.ex mir
rha regie dignitatis naturaliter ꝛ ſpiritualiter ex auro.
ad innuendū q̄ ex tribus mūdi partibus.aſia. aphrica.
ꝛ europa.venturi eſſent ad verā fidem eius reges et ſa/
pientes cum populis ſuis.quia nō ſoli venerunt. Et in
occidente.die ſue natiuitatis oſtenſo paruulo circa ſpe/
ram ſolis in gremio puelle.a ſybilla octauiano monar/
che mundi.reuerentiā ei exhibuit ꝛ ſacrificium. vt nar/
rant hiſtorici. Magnus ergo domin⁹ ꝛ laudabilis ni/
mis.ꝛ magnitudinis eius ſcꝫ fame non eſt finis. Nam
per longū ꝛ latū toti⁹ terre.ꝛ per profundū inferni ꝛ alti/
tudinem celi.diffuſa eſt fama infinite bonitatis ꝛ perfe/
ctionis eius. Beatus Hieron̄.gallia ꝛ britania ꝛ affrica
ꝛ perſis oriens ꝛ india.vnum chriſtum adorant.vnā ſe/
quuntur regulā veritatis.diſtinc.xcij. Legimus. Licet
nunc multe ex his natōnes receſſerint a veritate fidei ꝛ
vnitate eccleſie.vt india ꝛ affrica oriens ꝛ perſis. In hu/
ius figuram legiť.iij. Reg.x. Quia magnificatus eſt rex
Salomon ſuper omnes reges terre.vt omnis terra de/
ſiderabat videre vultū eius be. Bern̄. Uere magnifica/
tus eſt.quia magnificauit eum domin⁹ in conſpectu re/
gum vt adorent eū oēs reges terre.oēs gentes ſerui/
ant ei. In ſe quidē nihil factus eſt maior.quia a deo ma/
ximus erat vt creſcere nō poſſet. Sed factus eſt magn⁹
in mentib9 hominū.ꝛ opinione ꝛ laude. qui prius nul/
lus putabatur. Unde ꝛ regina ſabba audita fama eius
glorie ꝛ ſapientie que deſignat gentilitatē. Ueniens ad
eum videndū.cernens magnificentiam eius ꝛ curie ſue.
adeo ſtupuit vt vix ī ea remaneret ali⁹. Dixitqꝫ ei. Ma
ior eſt gloria ꝛc̄. Uiciſti famā virtutib9 tuis. Beati ſerui
tui qui ſtant coram te ꝛc̄. Et regnum ſalomonis figurat
regnum eccleſie triumphantis in quo regnat chriſt⁹ cum
ſanctis ꝛ in ſanctis.in gloria ī ſupna hieruſalem que īter
pretatur viſio pacis. Ubi eſt perfecta pax ī qua regnat
rex pacificus Salomon. Nam regnauit multo tempe ī
maxima pace ꝛ gloria.ſicut regnū Dauid quod fuit ī bel
lis ſignificat regnum ſpirituale eccleſie militantis. Sed
de ſuperno regno veri Salomonis dicitur Eſaie.xxxij.
Sedebit populus in pulcritudine pacis in requie opu
lenta. Et de hoc ſimpliciter intelligiť quod ait angelus.
Regni eius nō erit finis. Nam regni quo regnat in ec/
cleſia militanti eſt vtiqꝫ finis.quādo ſcꝫ finieť mundus. Regni e⁹ nō erit fi/ nis.quō i/ telligatur
tūc nō erit amplius eccleſia militās.ſed triumphans ef
ficieť. Et finis nō erit talis regni q̄ xp̄s regnat cū ſctīs ꝛ
ſancti cum eo. Sūma nouitate erit magnus. Nouum

enī faciet dñs ſuper terram. Femina circūdabit virū. Et dyoniſius dicit. ꝙ hoc eſt oīm nouoꝝ nouiſſimū. Magnus inqꝫ erit. ait Alb. ſm oēm modū. Dicere. Magnꝰ deus cōſilio ⁊ incōprehēſibilis cogitatu. Magnus ſm ſubſtantiā. qꝛ deus magnus. Pſ. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri. Magnus ſm quātitatem. quia omīpotēs nomen eius. ⁊ ideo glorioſe magnificatus ē. Exo. xv. Magnꝰ etiā ſm qualitatē. qꝛ ſumme bonus. Pſ. Magnus dñs ⁊ magna ꝟtus eius. ſcʒ bonitatis. Magnus ſm relationē. qꝛ filius altiſſimi di. ij. Reg. vij. Ego ero ei ī patrē ⁊ ipe mihi ī filiū. Magnꝰ ſm quādo. qꝛ eternus. Eccl. i. Fons ſapiētie verbū dni ī excelſis. Magnus ſm vbi. qꝛ vbiqꝫ. he. Aug. Deus vbiqꝫ eſt nō locis. ſed actionibꝫ. Pſ. Quo ibo a ſpiritu tuo ⁊ quo a facie tua fugiā. Magnus ſm ſitū. qꝛ vt ait Eſaias vlti. Celū mihi ſedes eſt. terra ſcabellū pedū meorū. Et ſedet ſup cherubin. ⁊ volat ſup pennas ventoꝝ. Sedet quoqꝫ ad dextrā patris ⁊ interpellat ꝓ nobis. Magnus ſm habitū. quia veſtimēta eius ſunt alba ſup niuem. ⁊ qualia nō pōt facere fullo ſup terrā. Fortitudo et decor indumentū eius. Prouerb. vlti. Magnꝰ ſm actionem. quia in ꝑncipio creauit deus celū ⁊ terrā Geñ. i. id eſt filiū genuit. in quo oīa creauit ⁊ recreauit ⁊ glorificauit. Ipe opa fecit que nemo alius fecerat. que teſtimoniū ꝑhibent de eo ꝙ filius dei ſit. Magnꝰ paſſiōe. Vidimus enī eum (dicit Eſa. liij.) nouiſſimū viroꝝ virum doloꝝ. Qui paſſus eſt ꝓ peccatis noſtris. bea. Bern. Et tu quidē virgo paruulū pariēs. paruulū nutriens. paruulū lactans. Sed vidēs paruulū magnū cogita. Et infra. Ecce paruulus in medio ſtatuit. O paruulus paruulus deſiderat. O vere paruulus. ſed malicia nō ſapiētia. Studeamꝰ effici ſicut paruulus iſte. Diſcamus ab ipo. qꝛ mitis eſt ⁊ humilis corde. ne magnus videlʒ deꝰ factus ſit ſine cauſa hō paruulus. Et ſic paruus ē et magnus. Leo ⁊ agnus. Leo de tribu iuda. ⁊ agnꝰ qui tollit peccata mūdi. Dñs ergo tecum. ad magnificandum filium ex vtero tuo.

## Quantū ad tertiū. §. VIII.

principale. dñs tecum. ad te ꝟginē matrē magnificādū. Et hoc ipa expreſſit in cantico ſuo dicēs. Fecit mihi dominus qui potens eſt. Ideo magna. qꝛ dñs fortis ⁊ potens eſt. Et vt notat dñs iohānes dñici ſup magnificat in tracta. Ꝟ. Duodecim magna dicunt in ſcriptura q̄ dominus fecit in maria. ſignata ꝑ duodecī ſtellas. que habebat in capite mulier amicta ſole. Apoc. xij. Primo fecit magnū patriarchā vehemēter affectū. Scdo fec̄ magnū ꝓphetā a dño dilectū. Tertio fecit magnū monarcham diuinitus effectū. Quarto fecit magnā feminam venerandā. Quinto fecit magnā creaturā inhabitandam. Sexto fecit magnā veritatē imitandā. Septimo fecit magnū obiectū realis bonitatis. Octauo fecit magnum ſubiectū diuine claritatis. Nono fecit magnū ꝯceptum eternalis vnitatis. Decimo fecit magnā auem altꝰ ſcandentem. Vndecimo fecit magnā edem ſanctius habētē. Duodecimo fecit magnā vocē latius currētē. Hec oīa fecit in maria magna. Et ideo aptiſſime dicit. dñs tecū. ad te tam magnificandū.

De xij. magnis q̄ fec dñs ī maria.

Quātū ad primū fec̄ dñs abrahā magnū patriarchā. de quo ſcribit ī Geñ ꝙ ibat ꝓficiens atqꝫ ſuccreſcēs donec vehementer magnus effectus eſt cuiqꝫ dixerat dñs cuiꝰ figurā tenebat in ſua perſona. Ego ſum merces tua magna nimis. magnꝰ vtiqꝫ poſſeſſiue. Magnus expectatiue. Magnus cui facta ē repromiſſio magna. Vidiſti magnū factū ſub vmbra ⁊ē Intuere hoc factū illi cui dñs fecit mag̃ in re certa ⁊ luce preclara. Abrahā patriarcha quaſi patrū archa. qm̄ ex eo patres ꝓdierūt in mundū. Ecce plus q̄ʒ abrahā ī maria. ex qua nati ſunt ſpūaliter oēs pr̄es etiā abrahā ſcʒ in fide filij. Et potēs fuit deus ſuſcitare filios abrahe ſpirituales de lapidibꝫ iſtis gētilibꝫ. vt dic̄ baptiſta. Abraham concha patrū. Maria concha dei. Abrahā ꝓ mercede deū expectat. iam illa cū habebat. Quāpulcre abrahā dictus eſt ſuccreſcens. i. ex ſubiectione creſcens. vel ſucceſſiue creſcens. Quis dubitat in veteri teſtamēto abrahā ſignificare patrē celeſtē. qui vnus in natura cum filio ſe ſubdidit in filio vni puelle. qui paruus erat in orbe terraꝝ. Sed magnificatus eſt ꝑ mundū vniuerſum. vt a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum laudabile nomē eiꝰ.

Scdo fecit dñs moyſen ꝓphetā magnū. Sic enī de eo habet ſcriptura. Fuitqꝫ moyſes vir magnus valde in terra egypti. Ergo a maiori maximus fuit in terra viuētium. Preludebat hic chriſto. qui factus eſt ī maria. In egyptū venit quādo mundū intrauit arcolam reperit aromatū ſcʒ mariā que irrigabat ſicut paradiſus deliciarum que intrauit vt paſcat ibi ⁊ lilia colligat. In hac arcola factus eſt. ⁊ genitus ille ꝓpheta magnus de q̄ clamabat turba. Propheta magnus ſurrexit in nobis. Lu. vij. Hoc fecit dñs magnum in maria. Quod vtiqꝫ vere magnū extimauit eliſabeth. ꝙ eſſet a matre dñi ſalutata. Vnde exclamauit. Vnde hoc mihi vt veniat mater dñi ad me. Ad hanc aūt venit deus nō tribꝫ menſibus apud eā manſurus. ſed nouē immo in eternū. Venit nō viſurus ſed vidēdus. Non trāſiturus ſed māſurus. Nō vt cognatus ſed vt filius ⁊ dñs deus meus. Nō ſolum illuminaturus ſed ꝓphetiſſam facturus. Cum ex hoc beatam me dicēt oēs generatōnes. Nec mirū. Si enī ad vocē marie elizabeth ꝓphetauit. ⁊ paruulus iohānes in vtero eius exultauit factus ꝓpheta. quāto magis dici ipſa debet ꝓphetiſſa. ꝓpheta faciēs.

Feceitqꝫ dñs monarcham magnū dauid. Vñ de eo dicit. Feciqꝫ tibi nomē grande iuxta nomē magnoꝝ ſcʒ ꝑncipū qui ſunt in terra. Que tamē magnitudo terre eſt inſtar puncti. Sed mūdus talis nuncupat magnos. quia veſtigia gerunt magni dei. qui ē rex regū dñs ⁊ dñantiū. Ecce capaciſſima virgo dicit. Fecit mihi dñs magna. Dedit enim ſibi nō vt ancille vel nutrici vel doctrici. ſed vt dilecte matri dominiū vniuerſoꝝ cuius regni nō erit finis. Ad cuius aſpectū angeli tremūt. celi nō capiūt. elementa pauēt. veneratur oīs mūdus. inferna ſuſtinere nequeūt. Hic factꝰ eſt in maria. ⁊ inde maria imperatrix ⁊ monarcha mundi.

Fecit deus quarto cuidā ꝙ eſſet magna femina. ſ. ſunamitis illa ꝯiugata. eo maior quo cenaculū in domo ſua meruit edificare. In quo ſuſciper heliſeum. qui interpretat deus ſaluator meus. Sed dñe noſtre marie fecit dñs nō ſolū vt eſſet magna femina. ſed ⁊ maxima ꝟgo. In cuius vteri ſancti cenaculo reciperet helyſeus. i. ſaluator deus meus nō figurate ſed expreſſe. vt ſaluū faceret populū ſuū a peccatis eoꝝ. Nam ſup defunctū genꝰ humanū expandit ſe. ⁊ facta organa homis membra diuina diſcurrens hincinde ꝑ iudeam. ſamariā. ⁊ galileam. calefecit verbis exemplis ⁊ miraculis. atqꝫ oſcitās ſepties. totiens ꝓſtans. ꝙ eſſet ꝓpheta promiſſus in lege. tandē collatus in lecto crucis. ſurrexit qui erat mortuus et cepit loqui dicens Vere filius dei erat iſte. ac reſtitutꝰ eſt matri ſue. que ſtabat iuxta crucem. hoc minus expectās hoc reputauit ſibi q̄ʒ magnū. vnde dicere potuit. Fecit mihi dominꝰ magna filiū reddens viuum.

Quintū magnū quod fecit deus eſt terra ⁊ celum ⁊ in eo luminaria magna. iij. Eſdre. viij. Magna eſt terra. excelſum celum. velox curſus ſolis. Et magnificus qui fecit iſta ſolus deus. Terra eſt beatiſſima virgo quo ad corpus terrenū humile ⁊ fructiferum. Celum ipa quo ad animam totā celeſtem plenā charitate ⁊ ſyderibus virtutum. De his celo ⁊ terra dicit dominꝰ Eſa. vlti. Celū mihi ſedes eſt ⁊

terra ſcabellū pedū meorum. In aīa enī eius ꝓpter ma
ximam puritatē requieuit deus. Et in corꝑe eius terreo
fuit ſcabellū vbi ſteterunt pedes eius.i. humanitas aſ‑
ſumpta in ventre eius. Ibi ⁊ ſol maximus. Sol iuſticie
chriſtus deus noſter. Et quē celi capere nō poterāt ſuo gre
mio ꝯtinuit. Et quē totus nō capit orbis in ſua ſe clau
ſit viſcera factus homo. Fecit ergo mihi magna qui ⁊c̄.
Sextū magnū eſt ỽitas. vñ tres cubicularij qui mo‑
uerant queſtionē q̄d eſſet in oībꝫ fortius. Cum vnꝰ di‑
xiſſet vinū. alter rex. tertius ſcꝫ zorobabel dixit mulierez
oībꝫ p̄dictis fortiorē. Sed erat ⁊ quartū adhuc fortiꝰ.
Magna eſt ỽitas ⁊ fortior oībꝫ. Et hoc declarās ꝑ rō
nem aſſenſerūt oēs rex cū principibus ſuis dicentes.
Magna eſt ỽitas ⁊ ꝑualet. iij. Eſdre. viij. Mulier ma
gna ⁊ fortis eſt btā maria. ob cuiꝰ amorē ⁊ deuotionem
multi ſe exponūt laboribꝫ mortis. Multi qui rapiunt
ei. i. eccleſijs eiꝰ. ⁊ imagini offerunt. Ipſa ꝓcurat veſtes
eſt bonitas.hec ſm glo.dulcedo animi eſt. ſed ſm pħm
dulce eſt quod amaro impermixtum.dulcius qḋ ama
ro impermixtius.dulciſſimum quod amaro impermix
tiſſimū.Sed animus beatiſſime marie fuit omni ama
ro impermixtiſſimum.Unde Sapiētie.viij.dicit Nō
habet amaritudinē conuerſatio illius.ſcilicet ſapientie
ſed cum nulla creatura pura conuerſata eſt intimius et
perfectius.ergo ipſa habuit ſummam animi dulcedi
nem.Unde et cantamus ei.O clemens.O pia. O dul
cis virgo Maria.Unde et bonitatis huius fructum
habuit pš.Quam magna mltitudo dulcedinis tue do
mine quam abſcondiſti timentibus te.Sed btā Ma
ria ſuper omnes timuit deum timore ſancto.ergo ⁊ ma
ximam dulcedinem animi habuit.preterea bonum eſt
ſuijpſius diffuſiuum ſm Dyoniſiuꝫ.et hoc pertinet ad
iſtam bonitatem velle bonum aliorum et ſuum cōmu
nicare.Sed beata Maria ſummū bonum ſuum com
municauit.ſcilicet filium offerendo primo in tēplo. po
ſtea in patibulo.vnde maxime habuit dulcem fructuꝫ
bonitatis. Septimus eſt benignitas.hec ſm gloſaꝫ
eſt largitas reruꝫ.Unde et dicitur benignitas.quaſi bo
na igneitas.bonus ignis eſt qui calefacit etiam a lōge.
Qui ergo beneficia exhibet.non ſolum amicis .ſed etiaꝫ
inimicis ille eſt benignus.Unde apoſtolus Romanoꝝ
xij.Si eſurierit inimicus tuus ciba illum ⁊c̄.hec eni fa
ciens congeres carbones ignis ſuper caput eius. id eſt
ſuper mentem ad inflammandum eum ad amorem tu
um ex talibus operibus ignitis.Apparuit eni ait idē
apoſtolus ad Thymo.ij.c.Benignitas et humanitas
ſaluatoris noſtri dei.Adeo enim nobis benignus ap
paruit.vt oīa ſua largiret.⁊ pro crucifixorib⁹ exoraret.
Sꝫ ei⁹ mater ipſum imitata aurū ſibi oblatū a magis
cito pauperib⁹ largiter erogauit.i.Cor.xiij.ca.apoſtol⁹
ait. Charitas benigna eſt .et quanto maior charitas.

tanto maioꝛ benignitas. Sed charitas beate ma. oēs
exceſſit. vt dictū eſt. ergo ⁊ benignitas. Octauus eſt
manſuetudo. hec ſꝫm glo. eſt tractabilitas. Unde man-
ſuetus quaſi manu ſuetus. qui ſcꝫ ꝑmittit ſe tractari ſi-
ne iraſcēdo. ⁊ iſta eſt differencia inter patiētiam ⁊ māſue
tudinem. que ſimilis videt̄. qꝛ paciencia moderat ⁊ regu
lat paſſionē triſticie que inſurgit ex aliqua moleſtia ne
nimis cōtriſtetur. Sed manſuetudo refrenat paſſionē
ire ne frangat̄ ⁊ ꝯtra rōem aliquid agat. Unde gloſa di
cit ꝙ manſuetudo eſt cōtra iram. Eccli. Fili in māſuetu-
dine perfice opera tua. ⁊ ſuꝑ hominum gl'iam diligeris.
Qui ergo minus habet de ira magis habet de manſue
tudine. Sed beatiſſima maria fuit ſine aliqua ira. ergo
fuit manſuetiſſima. Nec obſtat qđ dicit̄ Luc. j. ſ. ꝙ cuꝫ
audiſſet ſalutatōem angelicā turbata eſt in ſermone eiꝰ.
Nam illa turbatio nō fuit ire ſed admiratiōis. vt dictuꝫ
fuit ſ. Preterea manſuetus dicitur tractabilis. Tracta-
bilis aūt eſt qui ē oībꝫ conformis ⁊ ꝯformabilis ſcꝫ in
quo nō eſt malū. ⁊ ſic tractabilis eſt qui eſt oībꝫ oīa
Uel ſꝫm genera ſingulorꝫ. vt Paulus qui factus eſt iude
is ſicut iudeus. ⁊ his qui ſine lege erāt id eſt gentilibus
tanq̄ ſine lege eſſet. ⁊c̄. Uel ſꝫm ſingula generū. ⁊ iſte eſt
ſimplr̄ oībꝫ oīa. Et ſic fuit beatiſſima maria. Ma-
ria vā tractabil' ⁊ māſueta. ī ſūmo. Btūs ber. Quid ad
mariā trepidat accedē humana fragilitas. nihil aſpꝫ ī ea
reperies. Nihil auſterū. tota ſuauis eſt. oībꝫ miſcōie ſuē ſi-
nū aperit. ⁊ ſic omnibꝫ oīa facta. vnde ⁊ ſummeꝰ manſue
ta. Nonus fructus eſt fides. hec ſcōm glo. ibi eſt inui-
ſibiliū certitudo. Intenditur aūt ex certitudine delcātio
tripliciter. Primo ꝑ ſcibiliū pluralitatē. vt ſi delectatō
eſt in ſciēdo. q̄to plura ſcit tanto maiorem q̄s habet de
lectatōem. Secūdo ꝑ nobilitatē ⁊ melioritatē ſcitorꝫ.
vt ſi delectatio eſt in ſciendo naturalia inferiora, multo
maioꝛ delectatio eſt in ſciēdo altiora. vt trinitatē. deitatē
beatitudinē ꝓpriam. ⁊ hmōi. qꝛ nobiliora ſūt iſta omni-
bus inferioribꝫ ⁊ imꝑfecta cognitō hoꝝ magis delectat
q̄ꝫ ꝑfecta cognitio inferioꝝ ſꝫm phm. Tertio ꝑ moduꝫ
ſciendi ꝑfectiorem. vt ſi ſciat̄ ꝑ reuelatōnem a deo maioꝛ
ſequetur delectatio q̄ꝫ ſi per acquiſitōnē humanam. Sꝫ
beatiſſima virgo ſemꝑ habuit maiorē certitudinē ſcōm
oēm iſtū triplicem modū. ⁊ ſic habuit maiorem fidē cete
ris ⁊ ex ea maiorem delectatōem. Differt ergo fides ꝓ
ut eſt fructus a fide, put eſt virtus theologica. qꝛ. ſ. vltra
cōmunē aſſenſuꝫ ad credibilia, ꝓut eſt fructus. importat
quādā certitudinē de eis. nō tamē eo mō quo in patria
poteſt etiā hic fides dici fidelitas ad ꝓmiſſa. que etiā fu-
it ꝑmaxime in virgine maria. Decimus fructus ē mo
deſtia. hec ſꝫm glo. in dictis ⁊ in factis conſiſtit, vt ſcꝫ ita
moderētur. vt nō fiat exceſſus vl' defectus. ⁊ p̄cipue quo
ad victū ⁊ habitū ⁊ geſtus exteriores. In virtutibꝫ poli
ticis dicit Albertus vbi ſ. Uirtus ē medietas duoruꝫ
extremoꝝ. Unde in his modus eſt circa mediū. Beatꝰ
Bernardꝰ. Tene mediū ſi nō vis ꝑdere modū. In theo-
logicis aūt tanto maioꝛ eſt virtus q̄ꝫto maioꝛ ē eleuatō
⁊ extenſio ad ꝯſecutionē finis. Nā tanto maioꝛ eſt fides
q̄ꝫto magis eleuat potentiā ad credendū. ⁊ tanto maioꝛ
ſpes q̄ꝫto magis eleuatur mēs ad ſperandū. Et modus
in delectatione ē ſine mō diligere. ſꝫm Berū. Si ḡ mode
ſte ē tenere modū. modeſtiſſimū erit ī ſūmo tenē modū ī
ſūmo. ſūmꝰ aūt modꝰ ī via ē eleuare potentē ad ꝑfectiſſi
mū actū qui poteſt eſſe in ſtatu vie. Hoc aūt fuit ſumme
in beatiſſima virgine. Itē in alijs viatoribꝫ modeſtia eſt
cohibitio ⁊ reſtrictio appetitionū inordinataꝝ a ꝯcupiſ-
cētia ſurgētiū. ⁊ fructus modeſtie eſt refectio ſpūal' ⁊ de-
lectatio de hmōi cohibitōne ⁊ reſtrictōne. Unde eſt q̄ſi
delectatio pugnatoꝝ poſt victoriā. Sed modeſtia beate
virginis nō eſt de reſtrictōne appetituū inordinatorum

qꝛ in ea nō poterāt eſſe ſed ꝑfecta ſubiectio ſenſualitatis
ad ſpiritum. ⁊ ideo fructus modeſtie ī ea nō eſt ī cohibiti
one inordinatoꝝ appetituū, ſed delectatio ſuꝑ eo ꝙ dicti
motus inordinati non inſunt nec eſſe poſſūt. Et ſic ſua
refectio in modeſtia eſt per modū innocētie. in alijs per
modū penitētie. Sed ſtatus innocētie p̄cellit ſꝫm digni-
tatē ſtatū pnīe. ⁊ in delectatōe ſpūali. ergo maxime mo
deſtia. Undecimus fructus eſt continentia. ⁊ ſꝫm glo.
hec eſt abſtinere a placitis bonis. ⁊ intelligitur de placi-
tis ſꝫm ſenſum. Nō enī eſt bonum virtutis abſtinuiſſe a
bonis placitis ſꝫm intellectū. Illa enī ſunt bona ⁊ ſcōm
virtutē appetenda. A bonis aūt ſenſibꝫ delectabilibꝫ eſt
abſtinendū. Summe vero delectabile ſꝫm ſenſum ē actꝰ
generatōnis. Et ideo ab hoc abſtinere eſt maximū virtu
tis. Quod poteſt eſſe tribꝫ modis. qꝛ ꝑ abſtinentiam ab
hmōi perfectā. vt in ꝯiugatis. vt ſcꝫ ab alijs abſtineant
extra ſe. Aut abſtinētiam ꝑfectiorē. vt in viduis. Aut ꝑ-
fectiſſimā. vt in virginibꝫ. Hoc aūt fuit in beatiſſima vir
gine in ſūmo. ⁊ ideo ꝑfecte ꝯtinēs. Preterea virtus ē cir-
ca arduū ⁊ difficile. Sed maxime arduum ⁊ difficile vi
detur abſtinere ab actu generatōis nature corruptibili-
tate. p̄cipue circa illam partem. Unde Salomō. Non
poſſū eſſe ꝯtinens niſi tu dederis mihi inquit ad deuꝫ.
⁊ hoc ſcire donū dei eſt. vbi ergo eſt illa abſtinētia ī ſum-
mo. ibi ⁊ ꝯtinentia in ſūmo. Sed hoc in virgine maria.
ergo ⁊c̄. Preterea augmētat virtutē ꝯtinentie abſtinere
non ſolū a rebus bonis ⁊ licitis ſed etiam debitis. ⁊ q̄ꝫto
magis debitis. tāto maioꝛ ꝯtinentia abſtinereꝫ ab illis.
Sed beata virgo abſtinuit ab honoribꝫ ſibi debitis ſu
per oēs. Unde eliſabeth viſitauit ⁊ ꝑma ſalutauit vt
minoꝛ que tamē erat maxima. qꝛ mater dei effecta. vnde
ab alijs abſtinuit. ergo ⁊c̄. Duodecimus eſt caſtitas.
hec ſꝫm glo. eſt recte vti licitis. Apl's. Siue mādučeꝫ ſi-
ue bibatis vl' aliud facitis. oīa in gl'iaꝫ dei facite. Om
nes ergo actōnes humane ſūt referibiles ad deū. Ille er-
go perfectius in ſūmo erit qui omnes actus ſuos in de-
um referet. ⁊ hmōi ſic referre eſt vti. Uñ magiſter ſeñ. in
j. diſ. j. dicit ꝙ vti eſt id qđ in vſum venerit referre ad id
quod fruendum eſt. ſcꝫ deo. qui ſolus fruendus eſt. Si
cut autem contingit referre differenter ita contingit vti
differenter. Nam viatores contingit referre in deum om
nia. eos dico qui ſunt boni habitualiter. Sed beata
Maria omnia ſemper actualiter referebat in deū. Odi
lo Cluniaceñ. Unū pro certo ſcimus ꝙ omnis Marie
actio ſemper intenta fuit in dño. Q, autē nullus viatoꝛ
oīa ſēper tulerit in deū pateꝫ. qꝛ nullus potuit ſe abſti-
nere ab omni veniali. ⁊ pro tūc non actualiter illud refe-
rebat in deū in quo peccabat etiā venialiter. Ipa ergo ſo
la ſemꝑ vſa eſt licitis. ideo caſtiſſima fuit ab eo ſalteꝫ ca-
uendū eſt. quod dicit beatus Augꝰ. Nihil peius q̄ꝫ vti
fruendis. ⁊ frui vtendis. Utitur fruendis qui deo ſeruit
ꝓpter tēporalia. Fruitur vtendis qui finē vltimū ponit ī
creatura. ⁊ hoc proprie non eſt vti ſed abuti. Ex p̄dictis
patet quō fructus honoris ⁊ honeſtatis produxit ven-
ter mentalis virginis glorioſe fructus. ſ. duodecim ſpiri
tus figurati per duodecim filios iacob. quibꝫ benedicti-
oneꝫ dedit ipē ſignificans deuꝫ. Et ideo benedictꝰ fructꝰ
ventris fuit.

## Eſt ⁊ alius ventris .§. II.

affectionalis viſceroſe compaſſionis fructus eiꝰ ī cōce
ptu zelus honoris diuini ⁊ ſalus aīarꝫ. In parturien
do laboꝛ ⁊ doloꝛ pro huius executōne ſcꝫ ſalutis aliorū.
Unde aplus. Filioli quos iterū parturio donec chriſtus
formetur in vobis. Hanc affectioneꝫ ſuꝑ omnes habuit
beatiſſima maria ad dei honorē ⁊ hoīm ſalutē. Unde et
mater oīm dicitur. quos. ſ. ꝯcepit ꝑ affectum dilectōnis

ꝛ peperit ꝑ labores ꝛ dolores in paſſione filij. Vñ mlier illa habẽs in capite coronã .xij. ſtellaꝝ. qđ expoſituꝫ eſt ſcꝫ de ꝟgine maria ꝛ eiꝰ .xij. ſingularibꝫ gratijs ꝛ ꝓuilegijs. exponit̃ a btõ Bern̄. ꝛ Alb. deſignare ꝟginẽ mariã Et ibi dr̄ Apoc. xij. ꝙ habebat ĩ vtero ꝛ clamabat vt pareret ꝛ cruciabat̃. Draco aũt añ mulierẽ ſtabat vt deuoraret partũ eiꝰ ſꝫ nõ potuit. Nã cũ pareret maſculũ. ſubito rapiꝰ eſt puer añ thronũ dei. Cõcepit vt dictũ eſt affectu eximio omnes electos dei. ſignatos ꝑ maſculũ ꝓpter vnitatẽ coꝝ ꝛ virilitatẽ. Clamauit deſiderijs ꝛ ſuſpirijs orõnibꝫ ꝛ meritis vt pareret. ita vt om̃es veri fideles dyabolꝰ draco querit quẽ deuoret. Sꝫ electi cũ moriuntur tũc naſcunt̃ in celis. ꝛ ſtatuunt̃ añ thronũ diuine maieſtatis in gloria. Et draco vacuꝰ ꝛ ꝯfuſus remanet. Vñ ꝛ viti aſſimilat̃ cũ dr̄. Ego quaſi vitis fructificaui. ſimil̃ enĩ fuit filio ſuo dicẽti. Ego ſum vitis ꝛ vos palmites. ſcꝫ apoſtoli ꝛ ceteri fideles. Qui manet in me. ſ. vnitus. hic fert fructũ multũ bonoꝝ opeꝝ. Producit̃ palmes a vite vt filiꝰ ꝓducit̃ a pr̃e. Vñ ꝛ ipe Jhs dr̄ pater noſter in hymo. Preſta pater ꝑijſſime. patriq́ꝫ compar vnice. ſicut mater eiꝰ vt vitis ꝓducit palmites ſibi herẽtes ꝑ deuotiõem vt mater omniũ ſꝫ imitatiõem. Et notandũ ꝙ ſicut nulla arbor ꝓducit ſpecioſiorẽ fructũ vite. ita nulla eſt ita ꝓcliuis ad terrã ex ſe. niſi ꝑ aliũ eleuet̃ ſicͤ vitis. Nulla eſt ita turpis ꝛ deiecta in trũco vt ipa. ad deſignãdum ꝙ humilitas q̄ facit hominẽ ꝓcliuũ ad terram. ex vera ſui recognitiõe ꝛ deiectũ ꝛ vilẽ in cõſpectu alioꝝ ſm apparentiã exteriorẽ. ꝛ ex ſe nõ aſcendentẽ ad altũ honorum ꝛ dignitatũ. niſi ab alio eleuet̃. produxit precioſiſſimum fructum. ſcilicet dominum noſtrum ieſum chriſtũ fructũ copioſiſſimũ ꝑfectoꝝ operũ. fructũ ꝓcurationis ſalutis hominũ. quia reſpexit humilitatẽ. ait ipa: ancille ſue. His fructibꝫ electoꝝ quoꝝ beata maria dr̄ vitis ꝛ mater. dat̃ benedictio a dño. dũ dicit̃ in pš. Bñdixit oĩbus q̄ timẽt dñm. ꝛ demũ dicet̃ eis. Venite bñdicti patris mei ꝑcipite regnũ vobis paratũ. Matth. xxv. Bñdictus g̈ ꝛ fructꝰ iſte vẽtris affectionalis beate Marie.

Sciendũ etiã ſm Alber. ꝙ in iſta ſalutatiõe annunciat̃ beatiſſime ꝟgini ꝑfectiſſima beatitudo. ꝛ ꝑ ipam ꝛ ĩ ipa toti humano generi. Perfectio aũt beatitudinis cõſiderari põt vel q̄ꝫtũ ad ſubam vel q̄ꝫtũ ad cauſam vl̃ q̄ꝫtum ad efficientiã. Si q̄ꝫtũ ad ſubam. vel eſt a malo excluſio. ꝛ h̄ notat̃ in aue vel eſt ad bonũ inductio. ꝛ h̄ cõprehendit̃ in gr̃a plena. Si attendat̃ quantũ ad cauſaꝫ ſic dr̄ dñs tecũ. Si q̄ꝫtũ ad efficientiã. vl̃ hec eſt mediata. ꝛ ſic eſt. bñdicta tu in mulieribꝫ. vl̃ eſt cauſa ĩmediata. ꝛ ſic eſt. bñdictꝰ fructꝰ vẽtris tui.

De viſitatione beate Marie facta elizabeth
Capitulum. xxvij.

## Exurgẽs maria abijt ĩ

montana iudee cũ feſtinatiõe. Luce. j. ca. In ſacra ſcriptura dr̄ quis exurgere tripliciter. Primo enĩ dr̄ exurgere quis a ſomno culpe. Aliquãdo dicit̃ exurgere penitẽs in ſpe venie. Tertio modo dr̄ exurgere ad profectum gr̃e. Peccatori enĩ dicit̃ qđ ait apoſtolꝰ. Surge q̄ dormis ꝛ exurge a mortuis ꝛ illuminabit te chriſtꝰ. In peccatis ꝑmanẽs dr̄ dormire quis ſicut in ſomno dormiens. nil meritorij oꝑis habet. q̄ꝛ vſus liberi arbitrij eſt ligatus. ita peccator in tali ſtatu qđ opus agat de genere bonoꝝ nihil meret̃ ad vitã eternã valẽs. Et ſicut dormienti in ſomnis videt̃ ſibi aliquando habere multas diuitias ꝛ delicias ꝛ in eis gaudere. ſꝫ euigilãs ſe illis vacuũ videt ꝛ quaſi illuſum vñ ꝛ ꝯtriſtat̃. Ita peccatori videtur iſta bona mũdi tenere ꝛ poſſidere. ꝛ dũ ſperat ſe ĩ eis ꝑmanere ĩ morte q̄ſi euigilat. ꝛ tũc cernit illa fallacia fuiſſe ꝛ trãſitoria. ꝛ eis carere ſeu ea dimittere ꝑ mortem.

Surgere q̄s dr̄ tripliciter.

affligit̃ ꝛ nimis dolet. Pš. Dormierũt ſomnũ ſuũ et nihil inuenerũt om̃es viri diuitiaꝝ in manibꝫ ſuis. Cum aũt peccator reuertit̃ ad pñiam dr̄ ſedere ꝑ humiliatiõꝫ ſui. Nã ꝛ de more loquẽdi eſt. vt cũ quis humiliat̃ dicit̃ poſitus ad ſedendũ. Vñ xp̃s ꝑ pš. humiliatiõꝫ ſue paſſionis vocat ſeſſionẽ dum ait. Tu cognouiſti ſeſſionem meã. i. approbaſti ꝛ gratã habuiſti humiliationẽ meam. Tali igit̃ humiliato in penitẽtia. Unde ꝛ ſedenti dicit̃ vt ſurgat ſcꝫ ſperando veniã peccatoꝝ. ꝛ adiutoriuꝫ gr̃e ad bñ agendũ. Nã vt ait beatꝰ Amb. de pe. di. j. Nemo digne poteſt agere pñiam. niſi q̄ ſperauerit veniã. Talibus igit̃ penitẽtibꝫ dicit pš. Surgite poſtq̄ꝫ ſederitis q̄ mãducatis panẽ doloris. i. vos q̄ paſcimini dolore ꝛ lachrymis cõpunctiõis. poſtq̄ꝫ ſederitis. i. humiliaueritis vos. ſurgite ad ſpem venie. Proficientibꝫ quoq́ꝫ ꝛ perfectis dr̄. Surgite ꝛ ite. quia nõ habetis hic requiẽ. dicͭ ꝓpheta. Surgite affectu ad patriã ſupernã ꝯtemplãdo ꝛ deſiderãdo ſuꝑna. ꝛ ad ipa feſtinãdo. ꝛ iſto modo loquitur ſpũſſanctus aĩe ꝛ deo dilecte. Surge ꝛ ꝓpera amica mea columba mea formoſa mea ꝛ veni. Iaꝫ ei hyems tranſijt. imber abijt ꝛ receſſit. flores apparuerũt in terra noſtra ꝛc̃. Vt ſurgat dicit̃ ad ꝯtemplationẽ ꝛ amorẽ ſuperioꝝ ꝛ ꝑfectionẽ virtutũ. Amica vocat animã ꝓpter charitatẽ que eſt amicicia vera. dei cũ homine. columba mea ꝓpter ſimplicitatẽ. quia columba fel malicie nõ habet. formoſa mea ꝓpter morũ honeſtatẽ. propera ait. q̄a neſcit tarda molimina ſpũſſancti gratia. id eſt. non permittit tardare ad bene oꝑandum. Et ſubdit rõnem aptitudinis ad iſtũ ꝓceſſum ad ſuꝑna q̄ꝛ iã trãſijt hyems frigida peccatoꝝ q̄ deleta ſunt. Imber abundans paſſionum ꝛ temptationũ receſſit. nõ ita frequẽter moleſtãs flores ſanctoꝝ deſiderioꝝ manifeſtant̃ in terra viuentium. Tps putatiõis aduenit ſcꝫ reſecandi ſuꝑflua ꝛc̃. Et ita tertio mõ ſurrexit maria cũ dr̄. Exurgẽs maria abijt cum feſtinatiõe in montana iudee. Sunt aũt tria montana que trãſiuit maria.

Primus mons humilitatis
Secũdus mons fraterne charitatis
Tertiꝰ mons ſuperne ꝯtemplationis ꝛ ſuperne iocunditatis.

## Quantũ ad primum .§. I.

id eſt. de vera humilitate poteſt exponi illud Geneſ. xix dictũ loth. In monte ſaluũ te fac. Nam vt ait Gratiaꝰ. de pñia di. j. §. taciturnitas. Sine humilitate nemini poteſt eſſe ſalus. Dicit̃ autẽ humilitas ꝛ vallis ꝛ mons diuerſis reſpectibꝫ. Nã vallis dicit̃ que eſt in imo. quia ꝑ eam habet̃ vera cognitio ꝓprie vilitatis. q̄m puluis ꝛ cinis infructuoſus. Eſt enĩ humilitas ait beatus Bern̄. virtus qua homo veriſſima ſuijpſiꝰ cognitione ſibi vileſcit. Et ſm hoc dicit pš. Emittis ſcꝫ tu deus fontes videlicet gratiaꝝ in cõuallibus. i. mentes humiliũ. Mõs vero dicit̃ humilitas inquantũ ꝑ eam eleuat̃ mens ad cognitiõem dei ꝛ aliaꝝ virtutũ. ꝛ demũ exaltatur ĩ celũ. quia q̄ ſe humiliat exaltabitur. ait dominꝰ Ieſus Mathei. xxiij. Et ſm h̄ ait Anſelmꝰ in libro de ſimilitudinibus. vocat eã ꝛ aſſimilat monti ad quẽ aſcendit̃ ſepteꝫ gradibus de quibꝫ habes ſupra in capitulo de humilitate. Sed vt breuius loquamur glo. ſuper illud Mat. iij. Sic decet nos implere omnẽ iuſticiã. dicit. id eſt perfectiſſimã humilitatẽ. cuius gradus ſunt tres. ſcꝫ ſubijcere ſe ſuperiori. quod eſt neceſſariũ ad ſalutẽ. Secũdus ſubijcere ſe equali quod eſt humanũ ꝛ quietũ. Tertius ſubijcere ſe inferiori quod eſt exemplũ ꝑfectiſſimũ. ſicut fecit Ieſus petens ꝛ ſuſcipiens baptiſmũ a Iohãne baptiſta. rex a milite. dominꝰ a ſeruo. ſanctificator a ſanctificato. ꝛ poſtea etiã lauans pedes diſcipuloꝝ. Per hũc

Hũilitas dr̄ mons ꝛ vall' diuerſis reſpectibꝫ

s. c. liiij. c. xij. §. ij. q̄ ſi in fine

monte exurgēs maria abijt in mōtana iudee q̄ interpꝛetatur ꝯfeſſio. qꝛ ꝑ hāc homo nihil ſibi attribuit. ⁊ totū deū eſſe ꝯfitetur qn viſitauit Elizabeth humiliauit ſe inferiori ꝑgēs regina ad vaſallū. Dn̄a ad ancillā. mater dn̄i dei ad matrē ſeruuli. qḋ intelligēs Eliſabeth viſitata ⁊ a ſpiritu ſancto edocta ait. Un̄ hoc mihi vt mater dn̄i mei veniat ad me. quaſi diceret. nō eſt hoc decēs. ſ; potiꝰ ꝙ ego venirē ad te vt dominā meā ⁊ mr̄em dn̄i mei. Et nō ſolū iuit ſed ⁊ ꝑoꝛ ſalutauit. ⁊ nō ſolū ſalutauit. ſed cum ea tribꝫ mēſibꝫ ſtetit vt ī partu tūc futuro ei ſeruiret. Et q̇s vnq̄ audiuit talia vt regina maximi dn̄i grauida ꝑgat ad ſeruā ſuā ad miniſtradū ei in partu eius. Unde exēplo eius dn̄t homīes etiā inferioribꝫ humiliari ⁊ ſeruire aliquādo.

## Secundus eſt mons. §. II.

charitatis qua quis cōfitetur deū. ⁊ ideo mons Judee ſūme bonū ⁊ ſibi munificētiſſimū. Hic eſt mōs in quo bn̄placitū eſt deo habitare in eo. Etenī dn̄s habitabit in finē. in ps. Nō enī ſumus (ait apl's) in quos fines ſeculorū deuenerūt. Et in iſto ſecl'i fine ꝓpter nimiā charitatem qua dilexit nos deus. verbū caro factū eſt ⁊ habitauit ī nob. Et de mōte exiuit lex euāgelica vt ꝓdixerat Eſaias que eſt lex charitatis chꝛiſto cū apl'is recumbente cū diſcipulis in mōte ſyon ⁊ dicēte. Hoc eſt ꝓceptū meū vt diligatis inuicē. Et ad hāc vt ad finē reducitur lex decalogi data in mōte ſynai vt mōs altiſſimus ipa charitas eleuās nos ſuꝑ cherubin ⁊ ſeraphin. ⁊ cū deo vniens. habet enī amoꝛ vim vnitiuā inq̄t Dyoni. qḋ ⁊ ipm nomen inſinuat. Charitas dicitur quaſi chara vnitas. nec aliqua vnitas creature ē carioꝛ ea. nec ꝓcioſioꝛ. Habꝫ ⁊ iſte mōs gradus ſuos quibꝫ aſcēditur ad ſūmū eiꝰ. Primꝰ ē incipiētiū. quoꝝ officiū eſt tētatiōnibꝫ reſiſtere viriliter. ac a crimīalibꝫ abſtinere. Secūdus ꝓficiētiū. quoꝝ exercitiū eſt nō ſolū vitia cuitare. ſed aſcēſiones ī coꝛde ſuo diſponere ī valle lachꝛymaꝝ huius vite. vt in ſtatu virtutū in quo eſt nō quieſcere ſed ī anterioꝛa ſe extēdere ⁊ ꝑfectiora opa. Nā ſm btm̄ Bern̄. in via dei nō ꝓgredi ē regredi. In cuius figura illa anīalia de quibꝫ loquitur Ezechiel in ꝓma ſua viſione ſctōs deſignātia. vt exponit btūs gregoꝛius dicit ꝙ cū ambularēt nō reuertebantur. ſed vnumquodq; ante faciē ſuā gradiebatur Ezech. j. Tertiꝰ gradus eſt deo inherere feruētiſſimo amoꝛe. vt cum pſal. dicat Quēadmodū deſiderat ceruus ad fontes aquarum ita deſiderat anīa mea ad te deꝰ. ⁊c̄. Et cū apl'o. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cū xp̄o. Et ne videatur ꝓximū nō curare cuz eodē. ad Rom̄. ix. dicere. Optabam ego anathema eſſe a chꝛiſto ꝓ fratribꝫ meis. Qḋ tamē ſane intelligēdū ē. Nō enī optabat ſeparari a charitate chꝛiſti ꝓpter ſalutē ꝓximoꝝ. Anathema enī ſeparatōem impoꝛtat qꝛ hoc fuiſſet ꝯtra oꝛdinē charitatis ſed optabat ⁊ oꝑe agebat. vt ad tempꝰ ſepararetur ꝯſolatōibꝫ. ⁊ quaſi fruitōe xp̄i ex dulcibꝫ ꝯtemplatōibꝫ eius eas dimittēdo frequēter. vt conuerſioni ⁊ ſaluti anīaꝝ inſiſteret ꝓdicādo ⁊ diſcurrendo. De ipis gradibꝫ charitatis dicit btūs Augꝰ. de pe. diſt. ij. Si q̇s. Charitas cū fuerit nata nutritur. cū fuerit nutrita roboꝛatur. cū fuerit roboꝛata ꝑficitur. cū fuerit ꝑfecta q̇d dicat. Mihi viuere chꝛiſtus ē ⁊ moꝛi lucrū. De his gradibꝫ habes in titulo de charitate. Per mōtē iſtū exurgēs maria abijt viſitādo Elizabeth vt mutuis affatibꝫ adinuicē cōſolarentur. vt a verecūdie pena Elizabeth ſubleuaret. Erubeſcebat enī vt dixit euāgeliſta ſe grauidā reperiri in ſenectute. ⁊ carnalibꝫ actibꝫ oꝑam dediſſe. ⁊ ideo occultabat ſe. Et cōfoꝛtata ex verbis beate virginis que pꝛius verecūdabatur eſſe grauidam. poſtea ī dn̄o glīabatur ſe pꝛophetā edidiſſe. Venit vt ⁊ de bonis ⁊ donis collatis ſibi a dn̄o et reuelatis fecunditatis ſue ei ꝯgauderet.

De gradibus montis. ſ. caritatis

d. ti. vj. c. q. §. ij.

Venit vt filius ſuus iohānes in vtero ſanctificaretur. ⁊ iā filij ſui ieſu chꝛiſti ꝓpheta inſtitueretur. ⁊ ipa ꝓphetiſſa efficeretur. Nā poſt Elizabeth ꝑ ſpūm ꝓphetie oſtendit ſibi notum qḋ erat om̄ibꝫ occultū ſcꝫ virginē dei mr̄em effectam. De filij ꝓfectu ſui ait Ut facta eſt vox ſalutatiōis tue ī auribꝫ meis exultauit infans in vtero meo. Creditur tūc iohānem q̇ ſex mēſes habebat in vtero matris acceleratū obtinuiſſe vſum liberi arbitrij. iuxta illud eccē. Accelerat ratō in ꝑuulo nōdū nato inſtinctu ſacri pneumatis. ⁊ tūc ſanctificatū fuiſſe purgatū. ſ. ab oꝛigiali gratia dei repletū. vt ꝓdixerat patri archangelus in tēplo dī ⁊ cognouiſſe ſaluatoꝛis ſui in vtero virginis exiſtentis aduētū. ⁊ ideo exultauit modo nobis ignoto ī vtero. Et qḋ voce nō poterat nondū natus oꝑe exultatōis vt pꝛopheta chꝛiſtū demōſtrauit.

## Tertius mons eſt .§. III.

contemplatōis in qua reperitur maxima iocūditas ḋ quo dn̄s ꝑ Eſaiā Et faciet dn̄s in monte hoc ſcꝫ ꝯtemplationis diuinoꝝ ꝯuiuium pinguiū. ꝯuiuiū medullatoꝛū. id eſt refectōem ſpūalē plenā iocūditate ⁊ dilectōne. Et figuratur mons iſte ꝑ mōtem thaboꝛ. ad cuius ſummitatē ducens ihs petrum. iacobū. ⁊ iohānē transfiguratus eſt ante eos oſtendēs aliqual'r gloꝛiā ſuam. Ex cuius viſionis ſuauitate inebꝛiatus petrus ait. Dn̄e bonū eſt nos hic eſſe. Ad hm̄ōi aſcēſum opoꝛtet ducere Petrū qui interꝓtatur diſcalciatus. Jacobū qui interꝓtatur ſupplantans. ⁊ Johānē in quo eſt gratia interꝓtatus. i. mūdi cōtemptū. diaboli tētationū ſupplantatōem. ⁊ carnis caſtimoniā gratioſam. Et ꝑ hāc ꝯtemplatōem aſcēdit mēs humana vſq; ad exercitū patrie ſuperne. de quo Eſaias Gaudiū ⁊ leticia inuenitur in ea grārū actio ⁊ vox laudis. Per hunc mōtem contemplatōnis trāſiuit btā virgo in quo eſt ꝯfeſſio laudis diuine ⁊ gratiarūactōis ī ſūmū gaudium. quādo poſtq̄ intras domū zacharie ſalutabat Elizabeth. Ipa quoq; Elizabeth repleta ſpū ſācto cum filio ipam matrē dn̄i cognoſcēs mirabiliter collaudauit. Unde tūc in altiſſimam ꝯtemplatōem diuinoꝝ aſcendens ⁊ ſummo gaudio repleta canticū canticoꝛum intonuit dicens. Magnificat anima mea dn̄m. vbi magnitudinē diuine maieſtatis ꝯtemplās exultauit in domino. Ubi ſciendū vt notat ꝑ totū dn̄s iohānes dominici Cardinal' ſuꝑ Magnific. circa ꝓncipiū. Cauſa materialis gaudij eſt vox laudis ex leticia coꝛdis pꝛoueniēs vt dicit Iſidoꝛus in li. ethico. Et notādū ꝙ cāticoꝝ quedā ſunt obumbꝛatica. quedā figurata. quedā iubilata. Pꝛima ſunt omnia cantica veteris teſtamenti. qꝛ omnia in figurā cōtingebāt illis. j. Coꝛinth. x. Secūda ſunt omnia cātica noui teſtamēti. qꝛ nūc nox ꝓceſſit. dies aūt appꝛopinquauit. Sūt aūt nō ſolū figurata ꝑ cātica veteris teſtamēti. ſed etiā iſta cātica quodāmō figurāt cantica vite eterne. Eſt enī ſm Dyon̄. ſtatus noui teſtamenti mediū inter ſtatum veteris teſtamēti qui erat ſolū figuratiuus. ⁊ ſtatū patrie vbi nil figure ſed om̄ia ī luce clareſcūt. Nā in nouo teſtamēto ⁊ exhibetur res figurata per vetus teſtamētum. ⁊ eſt etiā figuratiua eoꝝ que ſūt ī patria. Tertia aūt cantica ſūt ea que cātātur in vita eterna. de quibꝫ dicitur in Apocal. ꝙ cātabant ſācti canticū nouum ante ſedem dei ⁊ agni. Item Canticoꝝ alia ſunt cantica ſolū. alia ſunt cātica canticoꝝ. in veteri teſtamēto notum eſt. In nouo cātico tria ſunt ſcꝫ Benedictꝰ. ⁊ nūc dimittis. tertiū eſt Glīa in excelſis. qḋ eſt cāticū cāticoꝝ. Et cantica quidem ſūt de victoꝛijs ſed cātica cāticoꝝ de p̄mijs. Cantica veteris teſtamēti ſuboꝛdinantur canticis noui teſtamenti figuratiue quod intuēti ſatis lucide patet. Nā oīa illa cātica cōpoſita ſūt ꝑ grārūactōne. aut ex hoſtiū ꝓſtractōe ſic Cātemꝰ dn̄o glīoſe. ⁊c̄. Exo. xv. ⁊ que

dam alia. Aut ꝑ quadã liberatiõe. vt illud Ezech. Ego
dixi in dimidio ꝛc̃. Iſa. xxxviij. Aut ꝑ donoꝝ receptõne
vt illud anne. Exultauit cor meũ in dño ꝛc̃. j. Reg. ij. Et
qꝛ ſ̃ua victoria patuit dño duce nato. iõ eius milites an-
geli cecinerũt Glĩa in excelſis deo. Inſpecta aũt liberta-
te ſuyꝛ pplĩ zacharias cecinit. Bñdict⁹ dñs deus iſrael.
Cũ aũt ſymeon donum maximũ in vlnis ſuſcepit. ꝛ ipe
canticũ cecinit Nũc dimittis. Cantica aũt canticoꝝ ſalo
monis ſubordinanꝶ huic cãtico cãticoꝝ ꝟginis. ſcꝫ ma-
gnificat. Et vt docet Egregi⁹ Origenes ſuꝑ cãtica canti
coꝝ nõ ſtatim a ꝓncipio ſunt cãtata cãtica canticoꝛuꝫ. ſꝫ
ꝑus egypto calcato ꝛ mari rubro trãſmiſſo hoſteqꝫ pro-
ſtrato cantatũ eſt. Cãtem⁹ dño glĩoſe ꝛc̃. Sꝫ nõdũ ven-
tum eſt ad cãticũ canticoꝝ. Notandũ igiꝶ ꝙ ſicut illa
cantica canticoꝝ ſalomonis ſex famoſa cãtica ꝓceſſerũt
ſex grad⁹ ſignificãtia. q̃bꝫ ad cantica canticoꝝ mẽs põt
aſcẽdere humana. Sic ſex act⁹ famoſos huic cãtico cãti-
coꝝ ꝟginis ſcripta circa ꝟginẽ almã deſcribit euãgeliſta
vt euidẽter eluceſcat ꝙ illa iſti vt vmbra deſeruiũt. Pre-
ceſſit ꝓmo canticũ moyſi Exo. xv. Cantem⁹ dño ꝛc̃. ſigni
ficat libertatẽ ꝑcõꝝ. i. a peccatis. Secũdo canticuꝫ pplĩ
iſrael. aſcẽdit pute⁹ ꝛc̃. Nũe. xxj. Et notat largitatẽ graꝝ
vel donoꝝ. Tertiũ canticũ delbore. Qui ſpõte obtuliſtiſ
aĩas vr̃as ꝛc̃. Iudicũ. v. Et inſinuat obedientiã ſubdito
rum. Quarto canticũ aliud moyſi illđ. Audite celi q̃ lo-
quar. Deuꝶ. xxxij. ꝛ demonſtrat inſtructiõꝫ diuinoꝝ elo-
quioꝝ. Quinto canticũ anne. illud. Exultauit cor meũ. ꝛ
ſignificat vbertatẽ gratuitoꝝ. Sexto canticũ quodlibet
dauid in pſal. qđ figurat venuſtatẽ varietatẽ dulciũ ſo-
noꝝ. i. gaudioꝝ mentiũ. Poſt q̃ ſequiꝶ canticũ canticoꝝ
ſalomonis. q̃ virginẽ ſacrã deſcribit euãgeliſta cãtatricẽ
A vicijs denudatã ꝓmo dicẽs. Aue. i. ſine ve. gratijs fe-
cundatã. cũ ſubdit. grã plena. dei ſoli⁹ impio ſubiugatã
cũ ſubinfert. dñs tecũ. bñdicta tu in mulieribꝫ. q. d. muli
eres ceteri ſub viri poteſtate ſunt. tu ſoli dño q̃ eſt tecum
diuinis eloquijs illuſtratã. q̃ſi cogitabat qualis eſſꝫ iſta
ſalutio. ruminãs ſcꝑturas. ꝛ iteꝝ querẽs. quõ fiet iſtud.
Tãti filij delicijs impꝛ̃gnatã. qꝛ inuẽta eſt in vtero habẽſ
de ſpũſctõ. modulatis gaudijs ꝓdotatã cũ intrans do-
mũ zacharie ꝛ ſalutãs elizabeth auditis ab ea laudibus
ſuis totã a deo recognoſcẽs ꝛ ad montẽ ꝯtemplatiõis ꝛ
diuine laudis aſcẽdens ait. Magnificat aĩa mea dñm.
Et aduerte fideliter. qꝛ q̃cq̃d in illis obumbratis cãticiſ
canticoꝝ petiꝶ. aut factũ eſſe deſcribiꝶ. totũ hic lucidẽ ha
bitũ inſinuaꝶ. Nã ibi petiꝶ oſculũ. Oſculeꝶ me inq̃t oſcu
lo ꝛc̃. Hic habeꝶ ꝯiũctio ſcꝫ diuine nature cuꝫ humana
Ibi poſtulabaꝶ tractio. Trahe me inq̃t ꝛc̃. hic hꝛ̃ diſcur
ſio. nã maria ꝑgit cũ filio in vtero ad elizabeth. Ibi q̃riꝶ
locus paſt⁹ ꝛ acubit⁹. h̃ habeꝶ cubans in aluo paſt⁹ ali-
mẽtis ꝟginis. Ibi videbaꝶ longe ſaliẽs in montibꝫ. hic
feſtinãter in mõtana duciꝶ realiter. Ibi querebaꝶ i lectu
lo ꝛ nõ reꝑiebaꝶ. hic claudiꝶ in coꝛpuſculo ꝛ predicatur.
Mater ibi vocabaꝶ dilect⁹ vt deſcendat. hic humanaꝶ
vt ſe oñdat. Ibi ꝯuerſio ei⁹ ad humanã naturã ſꝑabaꝶ
hic iã facta denominaꝶ. Ibi nat⁹ fact⁹ petebaꝶ ad oſcl̃a
ꝛ amplex⁹. hic incarnat⁹ aliꝶ vt pariaꝶ. ꝛ deꝶ om̃ibꝫ ei⁹
deſiderãtibꝫ amplex⁹. Et ſic lege oĩa cãtica canticoꝝ ſa-
lomonis. ꝛ qđ ibi reꝑis obumbratũ. in ꝟgine videb̃ ſub
carne reuelatũ. Et qꝛ dicebaꝶ ꝙ h̃ ꝓcioſum canticũ canti
coꝝ ſcꝫ Magnificat ſubordinatur canticis vite eterne.

Sciendũ ꝙ ꝓmus grad⁹ ꝛ ſumm⁹ beatitudinis ẽ vi
ſio ipa diuinitatis. ex q̃ tanq̃ꝫ ex fonte oĩs ali⁹ grad⁹ be-
atitudinis accidẽtaliter deriuaꝶ. vt noſter ſanct⁹ doctoꝛ
in q̃rto ſniaꝝ aſſerit diſ. xlix. In qua viſione extrema aĩa
rapta mox magnificat deũ vt ꝓm⁹ ꝟſus inſinuat. Et q̃a
tãti boni viſio ſine ĩmenſo gaudio eſſe nõ poteſt. ſtatim
exultat ſpũs in deo ſalutari ſuo. vt đr ſecundus verſus.

In hoc aũt lumine ꝛ gaudio aĩa ſeipam cognoſcit. ꝛ vi-
det ſe illa tãta glĩa indignã. ꝛ ſic fateꝶ ſe humilẽ ancillaꝫ
vt tertius ꝟſus ſonat. Hinc cõparat ꝓmis. ꝓmiatuꝫ ad
ꝓmiantẽ. Et addit. Quia fecit mihi magna. mihi indi-
gne magna ꝓmis ꝛ ꝓmians potẽs eſt. vt habeꝶ in q̃rto
verſu. Inde ꝟo ꝯſpicit nõ ex meritis humilitatis ſed ex
mera miſ̃icoꝛdia om̃es beatos beatitudinẽ conſecutos.
Et dicit in q̃nto verſu Et miſericoꝛdia ei⁹ a ꝓgenie in ꝓ
genies ꝛc̃. Poſtmodũ de ipa ĩpꝛopoꝛtionata ꝓpoꝛtõe. ſ.
ꝓmij. ꝛ ꝓmiate aĩme differẽs cũ aĩa habeat vltra id qđ
de ſui natura ꝯſequi põt. fateꝶ id euenire ex mera đi po
tentia dicẽs in ſexto verſu. Fecit potentiã in bꝛachio ſuo
Sꝫ ipa potentiſſima manu intueꝶ equiſſimã iuſticiam.
malos merito punientẽ. ꝛ dicit. Diſperſit ſuperbos mẽ-
te coꝛdis ſui. Et quoniã nõ eſt parua poꝛtio illi⁹ ſumme
felicitatis. ſocietas beatoꝝ repleta ad ſuꝑabundantiã et
inebꝛiata ab vbertate dom⁹ dei ipos intueꝶ. ꝛ ait in ver-
ſu ſeptimo. Eſuriẽtes implebit bonis ꝛc̃. Quoniã vero
iſta eſuries nõ eſt in patria ſꝫ fuit in via. ibi intueꝶ ꝓmiſ-
ſiones factas ſub duplici teſtamẽto teſtãte pñ. Sic au-
diuimus ſic vidim⁹. Exultatqꝫ in tali ꝓſpectu iuxta il-
lud Cañ. j. Exultabim⁹ ꝛ letabimur in te memores vbe-
rum tuoꝝ. i. teſtamentoꝝ. Et ſicut ſunt duo teſtamenta.
ſic ſubmittit duos verſus. ſ. ſuſcepit iſrael pueꝝ ſuũ. Et
ſicut locut⁹ eſt ꝑ nouo teſtamẽto. Sicqꝫ igiꝶ cãticũ canti
coꝝ iſtud. ſ. magnificat. omnia cantica ꝯtinet ꝑadiſi. vbi
effectualiter ſine ceſſatione cantaꝶ canticũ nouũ. Ma-
gnificat ſꝫm illud pſal. Cãtate dño canticuꝫ nouũ. laus
eius in eccl̃ia ſanctoꝝ. Qđ canticũ diciꝶ nouũ nouitate
vniuerſitatis. qꝛ factũ a matre omniũ dña illđ Magni
ficat. Nouitate poteſtatis. qꝛ nunq̃ꝫ viſa eſt tanta ptãs.
Nouũ faciet dns ſuꝑ terrã ꝛc̃. Nouitate iocũditatꝭ. nul-
lum cãticũ cãtaꝶ in eccl̃ia tãta iocũditate ꝛ ſolennitate ſi-
cut magnificat. Sic ergo exurgẽs maria ab oibꝫ terre-
nis abijt in mõtana ꝯfeſſionis diuine. h̃ eñi interpꝛetaꝶ
iudea. vt dictũ eſt in celeſtibꝫ iocũdiſſime ꝯtẽplãs diuĩa
Et in h̃ mõte iocũdo ꝯtẽplatõnis ſita ait. Magnificat
aĩa ꝛc̃. Hec oĩa Iohes dñici.

De cãtico btẽ ꝟginis in q̃ aliq̃ dicũꝶ magna tripl'r.
Capitulum. xxviij.

Magnificat aĩma mea
dñm. Beatiſſima maria ex ꝓncipio hui⁹ canti
ci allicit animos omniũ vt audire inclinenꝶ que cantat
ꝓmittẽs Magnificat. i. magna dei ꝓdicat. Sic ꝛ ſapiã
cũctos ad ſe ꝯgregare cupiẽs de ſũmis excelſiſqꝫ ꝟticibꝫ
inquit. O viri ad vos clamito. Vox hoim ad filios ho-
minũ. ꝛ ſequiꝶ. quoniã de rebꝫ magnis locutura ſum
Ubi eſt breuiter notãdũ ꝙ aliqua dicunꝶ magna tripli- Magna dicuntur tripl'r
citer. Primo ꝓuatione. hec ſunt expulſiua. Secũdo exti
matione. ꝛ hec ſunt dubitatiua. Tertio vera ꝑfectione. ꝛ
hec ſunt attractiua. Magna ꝓuatione ſunt vicia ꝛ pec-
cata. Unde. ij. Eſdre. viij. diciꝶ. Sumus in magno pec-
cato vſqꝫ in diẽ hanc. Et dicunꝶ magna peccata quia ꝓ-
uant magnis bonis. ſ. gratia dei ꝛ gloꝛia. Et hoꝛuꝫ ma-
gna ſpũ diabolico cantica cõponũt poete comedias. tra
gedias. ꝛ ſatira obſcena. quoꝝ mũdus hodie eſt plenus.
ꝛ que ſunt de ſe fugitiua videnꝶ allectiua cũ hodie vul-
gus a veritate aures auertãt ſcripturaꝝ. ꝛ ad fabulas cõ
uertanꝶ. quibꝫ poteſt inuehi illud xpi Ioh. viij. Propte
rea vos nõ auditis magnalia dei quia ex deo non eſtis
ſed ex patre dyabolo. Magna extimatione dicuntur di
uitie ꝛ hmõi tꝑalia. de q̃bꝫ Prouer. xv. đr. Theſauri ma
gni ꝛ inſatiabiles que tñ in rei veritate modica ſunt. ꝛ q̃
ſi nihil. Eccs. j. Om̃ia vanitas. ꝛ hoꝝ vſus mal⁹ multa
bona aufert. qꝛ difficile eſt imo impoſſibile diuitẽ intra
re in regnũ celoꝝ. Math. xix. Intelligẽdo đ illis diuitibꝫ

qui ponūt finē in eis ⁊ abutūtur eis. Sed bonus vſus eoꝝ magna bona acquirit. iuxta illud Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. Hoꝝ cātica componūt auaricie dediti. q̄ eſt ydoloꝝ ſeruitus. Hoꝝ ſcole ſunt plene. ita vt dicatur ꝑ Hiere. ꝓpheram. A maiori vſq₃ ad minorē. A ſacerdote vſq₃ ad leuitā om̄es auaricie ſtudent. ſed fallaces eas appellat ſaluator. q꞉ ꝑmittūt leticiā ⁊ parāt triſticiā. Uere aūt res magne ſunt que magnis concedūtur. He res ſūt magne. maiores. ⁊ maxime. Magne res ſūt virtutes ⁊ dona que hic habētur. Maiores ſunt virtutes q̄ habent̄ in patria. Maxime vero pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus. Maxime dico ꝑſone. De rebꝫ magnis et maioribꝫ dicit apl's. j. Coꝛ. xiij. Nunc manēt fides. ſpes charitas tria hec. Maior autē hoꝝ eſt charitas. Ecce q̄ charitas eſt maior illis. ergo ⁊ fides ⁊ ſpes magne res ſūt q꞉ om̄e cōparatiuū ꝓſuppōnit ſuū poſitiuū. Caritas autē q̄ ibi deſcribitur que nunq₃ excidit. eſt charitas patrie ⁊ hec maior dicit̄. ſ. virtutibꝫ que habentur in via. Deus autē eſt maximus. ⁊ quod habet̄ ipe a nobis ꝑ grām vł gloriā eſt maximū donū. Unde apl's Petrus ep'la. ij. c. j. ait. Uocauit nos propria virtute. ꝑ quā maxima ⁊ precioſa nobis donauit promiſſa. vt per hec efficiamur diuine nature conſortes. q꞉ ergo inſerta eſt mētibꝫ hominū veri ſūmiq₃ bōi cupiditas. vt ait boe. de phi. ꝯſo. Bonū cognitū mēte trahit. Magnū bonū magne trahit. maius bonū magis trahit. Sed maximū bonu maxime trahit. Ut ergo virgo ſācta ad ſcolas ſuas om̄es traheret. dimiſſis peccatis ⁊ fabulis ſpretis mūdanis tradere promittit de maximis delitijs ⁊ ait Magnificat anīa mea do. pś. Magnificabo eū nimis in ore meo. Et in alio pſal. Repleat̄ os meū laude tua. vt cātē tota die magnitudinē tuā. In quo verſu p̄mo tria poſſūt ꝯſiderari circa illud cāticū cāticoꝝ. Primo cā materialis al's ſubiectiua. magnificat. Secūdo cauſa actualis ⁊ effectiua. aīa mea. Tertia cauſa finalis ⁊ obiectiua. dominū.

## Quātum ad primum .§. I.

materia huius cātici eſt tradere magnalia dei. vñ dicit. Magnificat. Unde notādū q̄ ſicut omniū reꝝ conſtantiū determinata eſt magnitudo ⁊ q̄titas. teſte pho ī tertio ⁊ quarto phiſicoꝝ. Sic om̄is create nature eſt determinata potentia cum ſolius dei dicat̄ potentia infinita. Cū igit̄ human⁹ intellect⁹ dicat̄ ⁊ ſit aliqua creatura. nulli dubium eſt quin eius potētia ſit finita ⁊ limitata. ita vt ſupra ſe aſcendere ñ poſſit niſi diuīo lumīe ſuperiori ductus. dicente pſal'. In lumīe tuo videbimus lumen. Tria autē ſunt que intellectui noſtro obijci poſſūt. Primo vilia ⁊ mechanica. Secūdo media ⁊ phiſica. Tertio premia ⁊ theologica. Et per vſum quidem ⁊ occupatōes mechanicoꝝ. vt eſt textoria ⁊ cemētaria. et hmōi virtus intellectiua hebetatur. vt experiētia notū eſt. Unde et dicūtur mechanice artes a mechor mecharis. ſm Alber. q꞉ intellectus quaſi mechatur. ⁊ degenerat a ſua nobilitate cum magis ſit inclinatus ad naturalia q̄₃ digniora. Uñ qui diutius ſe dederūt hmōi mechanicis etiā ſubtilibus ⁊ ingenioſis. vt picture. ſculpture. ⁊ hmōi ſpeculatiuis magis inepti ſūt. Media vero. id eſt ipoꝝ naturalium ꝯſideratio ⁊ iugis ſpeculatio magis iuuat intellectiuā₃ q꞉ verſat̄ circa propriū obiectu₃ qd̄ eſt veritas abſtracta a materia. Sed iſtoꝝ naturalium ſpeculatio eſt duplex. Una eſt que cōſiſtit in ipis rebꝫ qualis vocatur ſcientia naturalis. que ſpeculatur curſus ſtellarū. herbarū. vires naturas anīaliū. ⁊ hmōi. Et hec eſt imperfecta, ⁊ minus virtuoſum reddit intellectū. Secūda eſt que reru₃ fines ⁊ cauſas inueſtigat pro poſſe. ſ. a quo res ipe ſunt. ⁊ ad quē finē vltimū facte ſunt. ⁊ quē repſentant preloquunt̄. Et iſta eſt vera phia naturalis. ſm deſcrptionē etiā ipſi⁹ phiſici p̄mo phiſicoꝝ in p̄ncipio. ad quā tamē ſpeculationē ipe no deuenit. ꝓpter quod vocat̄ metaphiſica vel theologia. licet ꝓprie ſit natural'. q꞉ inuiſibilia dei a creatura mūdi per ea que facta ſunt intellecta ꝯſpiciuntur. Sempiterna quoq₃ virtus ac diuinitas ad Roman. j. Qua via nullo alio lumīe illuſtrati antiqui phiſoſophi venerūt in cognitōem ipius dei. vt oſtēdit diuus Aug. in. viij. de ciuita. dei. Et hinc eſt q̄ deum eſſe dicit̄ per ſe notū. neq₃ ꝯtineri ſub articulis fidei q꞉ in lumīe naturali demōſtratur deū eſſe. vt optime probat doctor noſter de aquino in p̄mo cōtra gentiles. Hec ſpeculatio iuuat intellectū nō parū. dicente pſalm̄. Mirabilia teſtimōia tua. ⁊c̄. Sed aliqua ⁊ tertia obijciunt̄ intellectui que voco premia ⁊ theologica. ſub quo membro intelligo om̄ia que naturali lumine intelligi nō poſſunt. vt eſt eterna felicitas. quā nec ocl's vidit nec auris audiuit. ⁊c̄. Simplicia eterna trinitas perſonaꝝ. Judicia dei que incomphēſibilia ſūt dic̄ apl's. Myſteriu incarnatōis. ⁊ alia hmoi. que fidei tātū ſubdūtur. ⁊ hec ſūt que maxime intellectū perficiūt. intantū vt dicat ſpūſſanctus ꝑ os Eſaie. Niſi credideritis nō intelligetis. Hec ſūt que ſūmo ſtudio ⁊ vigilātia attēdenda ſunt ⁊ audienda. Et de his cantrix noſtra ꝑfecte loqui ⁊ docere ꝑmittit dicēs. Magnificat aīa mea dominū. quaſi diceret. dñm dictura ⁊ doctura ē aīa mea. Hec ſūt illa magna quibꝫ premi metuebat ille ſapientiſſimus Job dicēs. c. xxiij. Nolo multa fortitudīe contendat mecu₃. neq₃ magnitudinis ſue mole me premat. Eſt enī magnus in fortitudine ⁊ iudicio ⁊ iuſticia. ⁊ enarrari non poteſt. ait idē. caplo. xxxix. Et tamē tantam audaciā tribuit ei ſpiritusſanct⁹ vt hec virgo paruula puella audeat enarrare et magnificare. ⁊ ſpretis mechanicis vilibus ⁊ naturalibꝫ medijs inſiſtit theologicis ſummis. Sed nec mirū virgo ſancta ſi magna loqueris de dō. q꞉ iam magnus in medio tui ſanctus iſrael. Eſaie. xij. Sed hec pars qua dicit magnificare ſe dominū eſt admiratiua ⁊ diſputabilis. Nam ſcimus q̄ magnus dominus ⁊ laudabilis nimis. et magnitudinis eius nō eſt finis. vñ dicitur Eccli. xliij. Terribilis dominus et magnus vehementer et mirabilis potentia eius. glorificātes eum et exaltate illū q̄₃tum poteſtis. ſuperualebit adhuc et admirabilis magnificentia eius. Ex quibꝫ verbis videt̄ q̄ nec magnificari poſſit nec vt magnus ē enarrari. Uñ ergo virgo ſancta ſe dominū magnificare tam audacter profitetur. cū ipa potius videat̄ minoraſſe. q꞉ quē celi capere non poterāt in ſuo corpuſculo comp̄hendit. Pro quo ſciēdum q̄ eſt triplex magnitudo. Prima intēſiua et virtualis. Secūda extenſiua tempꝛ̄m et localis. Tertia diuiſiua et corporalis. De prima magnitudine dicitur in pś̄ Magnus dominus et magna virtus eius. et ſm hanc dñs dicitur infinitus. q꞉ infinita eſſētia. infinita bōitas. infinita ſapiētia. infinita charitas. et quicquid bene dici poteſt de deo. cum infinito dici debet. nec tamē illud etiā quicquid ſit exprimit̄. Et q꞉ infinito nihil addi poteſt. deus ſic eſſentialiter magnificari non poteſt. Et ad iſtū ſenſum predicta verba Eccli. dicūtur. tamē iſte virtutes dei diminute apprehendebant̄ a paucis quas virgo prefata magnificentius expreſſit. ſi quis verba eius diligēter attendit. Et ideo etiam iſto modo aliqualiter dicitur Magnificat anima mea dominū. Secūdo dicit̄ aliq̄ magnitudo extenſiua loco vel tempꝛe. ſicut dicit̄ tempus magnū. annus. menſis. vel dies. et hoc ſc₃ q꞉ ꝑ magnu₃ ſpaciū tēporis durat. Et locus dicitur magnus. q꞉ multum ſpaciū occupat. vt in pś̄. Hoc mare magnu₃ et ſpacioſum. In hac duplici magnitudine dicere poteſt ꝟgo ſancta illud magnificat. Nam iam venerat magnitudo tempꝛis et omnia temporanea et ſub tempꝛe. lauſq₃ diuīa in terris ſub magno ſilentio latebat. Ut enī ait deuotus

beatꝰ Bern̄.in quodā ſermone de aduētu. Angelꝰ non
loquebať ampliꝰ hoī patriarcha defecerat.deerat ꝓpha.
ſacerdos auaricie ſtudebat.dux nō inueniebať.qn̄ venit
dn̄s intantū.vt dyabolꝰ auderet dn̄o dicere oīa regna
mūdi eſſe ſua.Matth.iiij. Et ip̄e dei filꝰ cū iam p̄dica
re cepiſſet.ait ſe nō habere vbi caput ſuū reclinaret. erat
enī dn̄s nō ſolū paruulꝰ.ſʒ fere nullꝰ in ꝯſpectu ⁊ ꝯuen-
tu hominū. qꝛ defecerat laus eiꝰ quaſi totaliter. lauda-
banť idola nō verꝰ deꝰ.Hāc vero quaſi extinctā alma v̄
go reſuſcitās.p̄mo ſub nouo teſtamēto cantico ⁊ vocali
laude dei ſic magnificat dn̄m. q̄ſi dicat. Magnificate
dn̄m in eternū.vt q̄libet ampliꝰ dicat.ſemꝑ laus eius ī
oꝛe meo.Magnificat etiā localiter.Nā olim notꝰ in iu-
dea deꝰ in iſrl' magnū nomē eiꝰ.Sola eīm ſynagoga in
t̄ris diuinas laudes vtcūqʒ decātabat.In alijs regioni
bus mūdi idola ⁊ demones colebanť.⁊ ip̄e laudibꝫ effe-
rebanť.At vbi ꝑ os v̄gis diuina laus inſonuit.cepit ꝑ
alia loca diuulgari ⁊ cōicari in eiꝰ figura.nō in ſua ciui-
tate ſʒ ꝑegrina in mōtanis ex̄n̄s laudare cepit ⁊ ꝑegrina
ri.qꝛ magnificētia eiꝰ ꝑegrinari debebat.⁊ extra iudeā ef
fundi.Laus eīm eiꝰ ab extremis t̄re.Tertio mō magnitu
do ē ſenſitiua ⁊ corꝑal'.ſicut d̄r magnꝰ hō q̄ ē magne ſta
ture ⁊ hmōi.A ſcl'o nō ē auditū neqʒ ītellectū ꝙ dn̄s iſto
mō potuit magnificari.⁊ tn̄ dn̄s deꝰ factꝰ ē ꝑuꝰ.ſine ma
nibꝫ hūani ſemīs abſciſus.⁊ demū creuit in mōtem ma
gnū Dan̄.ij.Dic ḡ o v̄go bn̄dicta.factoꝛ meꝰ ē ꝑuulꝰ. fili
us meꝰ clauſus ē in viſceribꝫ meis.Creſcit ⁊ magnifica-
tur ⁊ magnꝰ efficiť.alimētis meis nutritꝰ. Cū magnifi-
co.i.magnū facio.donec ꝑ ꝑtū req̄eſcat in vlnis meis.tūc
etiā illū paſcēs lacte pectoꝛis mei faciā illū magnum do
nec magnus vir ſit aptus ad magnū ſacrificiū verū.Er
go intellige poſt multa.Magnificat anima mea domi
num ⁊c̄.

## Secūda cauſa huius.§.II.

cantici ſcʒ actualis ⁊ effectiua notať cū d̄r.aīa mea. vbi
canticū illud deſcribiť.Primo ſuauitate dulcis armoīe
Secūdo ſerenitate lucis theologie.Tertio integritate nu
date teoꝛie.Et ꝑ hec oīa trahit ad auiditatē talis melo
die.Ad ſentiendū tn̄ qḋ dictū eſt excitāde ſunt ⁊ aperiē
de aures cordis ⁊ nō corꝑis tm̄.vt enī ait beatꝰ Grego.ī
omel'.ſuꝑ illud Luc̄.viij.Si quis habet aures audiendi
audiat.Sunt alie aures q̄ʒ corꝑales quibꝫ anima vtiť.
Ubi ḡ anima loquiť.aīe auditꝰ exigiť.qꝛ tales potēte re
quirunť.qualia ſunt obiecta capiendi. Oīe enī ſil'e ad
ſuū ſil'e inclinať.Eccī.xiij. Et impoſſibile eſt nō corpus
corꝑe moueri.vt d̄r in libro ſex p̄ncipioꝝ.Uolēs igiť al-
ma iſta cantatrix docere.quibꝫ auribꝫ opꝰ ſit ad ꝑcipiē-
dum qḋ d̄r.dixit cām inſtrumētaliter agentē huiꝰ cāti-
ci fore aīam.vt aīa ſe paret ad id qḋ naturali etiaʒ voce
exprimiť.qꝛ ex abūdantia cordis os loquiť. Hinc eſt ꝙ
plerūqʒ huiꝰ cantus ſuauitas nō ꝑcipiť.qꝛ ad eū audiē
dum ⁊ intelligēdū ſole corporee aures apiunť ⁊ interio-
res claudunť.Audi ḡ o aīa qꝛ aīa loquiť.Magnificat ī
quit aīa mea dn̄m.nō ſolū corpꝰ ⁊ lingua ſʒ aīma ⁊ lin-
De tripli-ci organo q̄ armoīa cantať
gua eius.⁊ hinc ſuauitas expꝛimiť qḋ eſt premiū Ad
cuiꝰ euidentiā p̄mittendū eſt ꝙ armonia triplici organo
cantať.ſ.materiali.vocali.⁊ mētali. Materiale organū ē
tuba.lyra.cythara.⁊ hmōi mortua ⁊ inſenſibilia. Uoca-
le aūt organū eſt ip̄a lingua cū ꝑtinētijs ſuis q̄bꝫ vocal'
cantus formať.Sʒ ſpūale organū eſt ip̄a mens inflam
mata ⁊ irradiata.De qua apoſtolꝰ. Pſallā ſpū pſallam
⁊ mēte.Inter hec autē dulcis eſt armonia inſtrumētalis
dulcioꝛ vocalis.dulciſſima mentalis.De p̄mis duabus
Eccī.xl.Tibia ⁊ pſalteriū dulcē faciūt melodiā.Et ſuper
vtrāqʒ lingua ſuauis.⁊ hoc patet manifeſte. Nā inſtru-
menta muſicalia que dulcioꝛa ſunt vt organū.pſalteriū
cythara.tybia.⁊ huiuſmodi.tūc ſuauius ſonare dicūtur
cum vocali melodie magis aꝓpinquare videnť. Un̄
etiā in cōmendatione huiꝰ ꝯſueuit dici.videť ꝙ loquať
De iubilo aūt cordis ⁊ mentali melodia diciť Eccī.xxx.
Nō eſt cenſus ſuꝑ cēſum ſalutis. ⁊ nō eſt oblectatio ſuꝑ
cordis gaudiū Quis ergo erit tāte ſufficientie vt valeat
explicare.vel ꝑcipere q̄nte melodie eſt canticū. qḋ inſtru
mentaliter virginis ſancte aīa cantat.Cōſidera ſi vales
qualis ſit cythareda.qualis cythara qualis ⁊ cātici ma-
teria.Nā ⁊ bonus cantoꝛ ſi voce rauca vtatur. male can
tat.⁊ bonus cythareda fracto inſtrumēto . male cythari-
zat.nec etiā ſufficit vox pulcra ⁊ inſtrumentum nobile.
ſi auctoꝛ artis ſit imperitus.Ad hoc etiā datis peritia ar
tis ⁊ inſtrumentoꝝ cōpoſitione perfecta vbi materia ſit
diſplicibilis.de ſuauitate cytharizantiū vel cantantium
aliquid ſubtrahit.In iſto autē cantico cythareda eſt ſpi
ritus ſanctus qui etiā in oīni inſtrumēto inepto ⁊ vili ſu
auiter ſonat.Tetigit enī puerū cytharedā Dauid ⁊ pſal
miſtam facit.tetigit ⁊ puerū iunioꝛē Danielē. ⁊ iudicem
ſenū conſtituit.Paſtoꝛē armētoꝝ Amos ⁊ ꝓphetā con-
ſtituit.Piſcatoꝛē Petrū ⁊ principē apoſtoloꝝ ordina-
uit.Theloneariū ⁊ publicanū mattheū ⁊ apoſtolum et
euangeliſtā creauit.Perſecutoꝛē fideliū Saulū ⁊ in pre
dicatoꝛē gentiū paulū conuertit. Qualiter autē canta-
bit ⁊ armonizabit ſpiritus ſanctꝰ.vbi inſtrumentum eſt
anima virginis ſanctiſſime. Sicut enī mortua charta
reſonare nō poteſt perfecte qḋ viua vox exprimit.dicen-
te beato Hieronymo ad Paulinū. Habet neſcio quid la
tentis energie viue voce actꝰ.vt in aures diſcipuli ex au-
toris voce tranſfuſa fortius ſonat.Exemplum ſubdit de
eſchino.Sic ⁊ oīes corpoꝛei actus etiā ad hoc in vnum
ſimul collecti nō poſſunt ꝯuenire ad hoc vt perfecte ex-
primere valeant quod ip̄a ſpiritualis anima alte cogno
ſcit.Hinc eſt ꝙ Paulus loqui nō potuit.quod in para-
diſo anima ſua cognoſcit.Hoc ergo nobiliſſimo inſtru-
mento quod eſt anima non qualiſcūqʒ ſed virginis bea
tiſſime vtitur ſpiritus ſanctꝰ ad canendū quod dicitur.
Magnificat aīa mea dominū ⁊c̄. Adde his diebꝫ no
biliſſimo cythareda ⁊ ſuauiſſimo ⁊ optimo inſtrumēto
precioſaʒ ⁊ delectabilē materiā.quia hic canunť magna
lia diuine laudis.⁊ tunc q̄ʒuis a longe auribus aīe per
cipies ſuauitatē huiꝰ cantici.magnificat aīa mea dn̄m.

Secūdo cū diciť anima mea oſtendiť ſerenitas ⁊ pro
funditas theologice veritatis ⁊ in hoc cantico contente.
vt dicit beatus Auguſtinꝰ. Diuina lux que puriſſima
eſt.non niſi a puris oculis poteſt intueri. Unde ⁊ ſalua
toꝛ matth.v.Beati mūdo corde.quoniā ipſi deuʒ vide-
bunt.Quod demonſtrari poteſt tā ratione q̄ʒ experien-
tia exemplari.Ratione quidēʒ quia vnūquodqʒ recipiť
per modū recipientis.Lux ergo que deꝰ eſt quia erat lux
vera.Johānis.j. Nō recipitur lux niſi a luce. vel aīma
luce illuſtrata.Lux autē anime eſt ip̄a puritas ſicut tene
bre eius eſt peccatū ꝓpter quod diciť Johis.j.Lux ī te-
nebris lucet ⁊ tenebre eam nō cōprehenderunt . Et hoc
tota die ad ſenſum patet.Quanti enī quotidie audiunt
vocē verbi dei.⁊ tamen eam nō aꝓhendunt . quia ſūt
in tenebris peccatoꝛū.Et qui minus his tenebris pecca
toꝛū participant.magis a luce veritatis verbi dei mouē
tur. Propter quod quaſi ſatis notū eſt ꝙ ſoli boni audi
entes melioꝛes efficiūtur propter verbū dei.mali autem
⁊ ſi audiunt.aure corpoꝛis audiunt. ⁊ in ſuis malicijs ꝑ
ſeuerant.patet idem exemplo.Es enim ⁊ quodlibet cor-
pus aliud quanto purius ⁊ terſius. tanto magis ſolis
radios recipit.⁊ tanto clarius in oppoſitum corpus ꝑre
uerberationē reſplendet.Hinc eſt ꝙ ⁊ dn̄s maioꝛē luceʒ
veritatis illis tribuit.qui purioꝛes fuerūt.vt etiā ſybillis
paganis merito virginitatis ſpiritum ꝓphetie mirabili-

